


UNIVERSITY OF TORONTO



3 1761 01309201 0


1. The first
part of the volume
is a review.

PA
4276
F46
1883
c. 1
ROBA



Handwritten text at the top left corner, possibly a name or title.

Handwritten symbol or mark at the bottom left corner, resembling a stylized '4' or a similar character.



Pindar

DE

ARISTARCHO PINDARI INTERPRETE

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM SCRIPSIT

ET

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES OBTINENDOS

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

IN

UNIVERSITATE LITTERARIA IENENSI

PROPOSUIT

PAULUS FEINE

346201
1. 2. 38.

LIPSIAE

TYPIS B. G. TEUBNERI.

MDCCLXXXIII.

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
University of Toronto

Disputaturis nobis de Aristarchi studiis Pindaricis grammaticum illum celeberrimum et iustam editionem carminum Pindaricorum adornasse et commentarios ad ea scripsisse probemus non iam necesse est, cum de ea re post Boeckhii¹⁾ et Osanni²⁾ explicationes dubitatio non relinquatur. Verum tamen si ad excerpta Aristarchi praecepta ex scholiorum Pindaricorum farragine nos accingimus, summae statim suboriuntur difficultates. Scholiorum enim superstitem redactores principalem fontem, commentarios Didymi, quem ex more suo superiorum libros, iudicium semper censuramque facientem, suis commentariis admiscuisse ut coniectura assequi ita multis exemplis probare licet, non solum magnopere in arctum redegerunt, recoxerunt, confuderunt, additamentis auxerunt³⁾, verum etiam plerumque nominibus grammaticorum exstirpatis vulgaria illa *ἔνιοι, οἱ μὲν — οἱ δέ, ἧ, ἦ οὕτως, καὶ εἰσὶν οἱ*, similia substituerunt, ut plurimis locis sua cuique assignare nequeamus. Itaque felicissimo casu contigit, ut in cod. Ven. A praestantissima illa ad Iliadem scholia aetatem tulerint. Collatis enim eis scholiis cum Pindaricis in explicando Pindaro Aristarchum simillimam adhibuisse rationem atque quam in Homero secutus est facile perspicitur. Cuius rei ut exempla porrigam, ut in Homero pleonasmus, ellipsi, permutatione potissimum verborum structuram affici grammaticorum princeps perspexisse sibi visus est⁴⁾, sic apud Pindarum quoque similes observationes saepissime deprehendas. Cfr. schol. Ol. I, 131 *ἔψοι δὲ ἀντὶ τοῦ ἔψοιτο*. Ol. I, 152 *τὸ δὲ δέδορκεν ἀντὶ παθητικοῦ τοῦ δέρεται*. Ol. VI, 131 *Δώρησαν θεῶν κάρουκα] ἀντὶ τοῦ ἔδωρήσαντο τῷ κήρουκι τῶν θεῶν*. Ol. VIII, 62 *ἤπειγε δὲ ἀντὶ τοῦ ἤπείγετο, ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ*. Pyth. II, 54 *τὸ γὰρ ἐπειράτο παθητικὸν ὄν ἀντὶ τοῦ ἐνεργητικοῦ*

1) Praef. ad schol. p. XIII. — 2) In libro, qui inscribitur anecdotum Romanum p. 181sq. — 3) Cfr. Boeckhium l. c. p. XVII sq. — 4) Cfr. Friedlaenderi librum, cui inscripsit Aristonici *περὶ σημείων Ἰλιάδος* reliquiae emendatiores p. 2.

ἔστι. Pyth. VI, 10 τὸ δὲ τυπόμενοι ἀντὶ τοῦ τύπτοντες (sic leg. pro τύπτονται). Pyth. X, 103 τὸ ἄγοντα ἀντὶ τοῦ ἀρόμενον. Isthm. III (IV), 52 τὸ δὲ καταμάρψαι ἀντὶ τοῦ καταμαρφθῆναι. Ol. II, 68 ἐπάρει δέ τι χρόνος ἀντὶ χρόνου, ἀντὶ τοῦ ἐπήγαγεν. Pyth. IV, 85 ἠλλακται δὲ ὁ χρόνος· ἐξανίστανται γὰρ, φησίν, ἀντὶ τοῦ ἐξαναστήσονται. Iam saepissime Pindarum numerum singularem pro plurali aut pro singulari pluralem usurpasse notatur, plerumque simpliciter, interdum sic ut id schema apud eum usitatissimum esse addatur. Cfr. Ol. II, 80. Ol. III, 19. Ol. VI, 115. Ol. X, 5. Pyth. IV, 4. 100. 438. Pyth. VIII, 10. Pyth. X, 110. Nem. I, 34. Nem. VII, 47. Isthm. I, 60. Isthm. IV, 9. Praeterea eum pro nominati vocativum adhibere Ol. VIII, 64, ubi ad II. Π, 33 ut simile exemplum provocatur, et nominativum pro vocativo Ol. VI, 37. 179. Pyth. XI, 1 ita ut omnibus tribus locis II. Γ, 277 laudetur et Ol. VI, 170 et Pyth. XI, 1 insuper Od. ρ, 415. Ad II. Γ, 277 vero haec Aristarchi nota exstat ἡ διπλῆ περιεστιγμένη, ὅτι ἥλιος ἀντὶ τοῦ ἥλιε, ὡς κἀκεῖ· δὸς φίλος (ρ, 415) καὶ ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ (Φ, 106). Alii autem casus dicuntur esse permutati Ol. I, 16. Ol. II, 135. Ol. III, 56. Ol. VI, 7. 120. Ol. VII, 98. 159. Ol. XIV, 12. Pyth. IV, 528. Pyth. X, 43. Nem. I, 97. Atque multis locis praepositionum et particularum permutationem scholia statuunt ut Ol. I, 105 ἡ γὰρ μετὰ ἀντὶ τῆς εἰς. Ol. IV, 3 τὸ δὲ ὑπὸ ποικιλοφόρου γῆρος ἀοιδᾶς τῇ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ κέχρηται τῇ δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ καὶ Ὅμηρος κέχρηται (II. Σ, 492) Δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων, ἀντὶ τοῦ μετὰ δαΐδων et Ol. VII, 23 ἡ δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ. καὶ Ὅμηρος· Δαΐδων ὑπὸ λαμπομενάων. Ad II. Σ, 492 vero Aristonicus hanc servavit Aristarchi adnotationem: ἡ διπλῆ, ὅτι ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ, μετὰ δάδων. Ol. VI, 73 ἡ δευτέρα ὑπὸ ἀντὶ τῆς μετὰ. ἡ πρώτη δὲ ὑπὸ ἀντὶ τῆς ἀπό (sic Boeckh restituit). Ol. VIII, 4 ἡ παρὰ ἀντὶ τοῦ ἀπό. Ol. XIII, 27 ὁ Δίδυμος . . . τὴν ἐν πρόθεσιν ἀντὶ τῆς εἰς κειμένην συναπτέον πρὸς τὰ μέτρα, coll. cum Pyth. IV, 459 Ἄν ποτε Καλλίσταν ἀπώκησαν χρόνῳ νᾶσον] Χαῖρις βούλεται γράφειν ἐν ποτε ἀντὶ τοῦ ἄν ποτε, κατὰ τὴν Πινδάρου συνήθειαν. Pyth. II, 21 ἡ ἐν ἀντὶ τῆς εἰς. Nem. II, 32 ἡ ὑπὸ ἀντὶ τῆς παρὰ. — Ol. I, 114 ἀντὶ τοῦ τε τὸν δὲ παρέλαβεν. Ol. I, 119 ὁ μὲν ἀντὶ τοῦ μήν. Ol. II, 106 τὸν δὲ . . σύνδεσμον ἀντὶ τοῦ γὰρ δεῖ ἀκούειν, quae eadem fere exhibent scholl. Ol. IV, 34. Ol. VI, 4. Ol. XIII, 83. Pyth. III, 22. Nem. IV, 95. Et Ol. III, 40. τὸ ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ δέ ut etiam Pyth. IV, 268. Nem. I, 59. Nem. II, 32. Ad aliam praeterea en-

allages speciem talia spectant ut Ol. I, 55 ἔνιοι δὲ μείων ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγη. ὡς Ὅμηρος (Il. E, 800) Ἡ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Πηλεΐς (immo Τυδεΐς ut recte Boeckh) ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον quae similiter redintegrantur Ol. XI, 26 et Nem. X, 147. Ad Il. E, 800 autem nota exstat ἡ διπλῆ, ὅτι οὐ λέγει κατὰ τι ὅμοιον, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὅλως ὅμοιον. Pyth. V, 117 τὸ δὲ μείζονα ἀντὶ τοῦ μεγάλα ἀπλῶς, οὐ πρὸς ἄλλα συγκρίνων. Pyth. XI, 45 ubi paraphrasta vetus pro eo quod in textu est οὐ μείονα scribit οὐ μικρόν. Et Nem. IV, 1 ubi duo scholiastae ἄριστος pro ἀρίστη dictum esse sumunt. Pyth. II, 53 τάχα δὲ παθῶν] Ὅμηρος τὸ τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως. ταχέως δὲ παθῶν καὶ τιμωρηθεὶς τὸν πρόποντα αὐτῶ καὶ ἀρμόζοντα μισθὸν ἀνεδέξατο. Cfr. Il. Ξ, 8 ἡ διπλῆ, ὅτι τὸ τάχα ἀντὶ τοῦ ταχέως et omnino Lehrsium.¹⁾ — Iam hic habe ellipsis exempla in Pindaro notata: Ol. II, 16 λείπει δὲ ἡ ἐπὶ Ol. VI, 140 verba καλλιρόαις προαῖς circumscribuntur ὑπὸ ταῖς τῶν ἀνδρῶν προαῖς καὶ τῶν ἡχων. Ol. XII, 17 λείπει ἡ ἀντί. Pyth. I, 157 οἱ μὲν φασὶ τὴν κατὰ πρόθεσιν λείπειν. Pyth. I, 188 λείπει γὰρ τῶ λόγῳ ἡ εἰς πρόθεσις. Pyth. IV, 453 λείπει δὲ ἡ σὺν ἡ ἡ ἐν. Pyth. V, 43 ἐξῶθεν δὲ προσληπτέον τὴν κατὰ. Pyth. X, 74 λείπει ἡ μετὰ. Nem. I, 100 ἐξῶθεν γὰρ τὴν εἰς πρόθεσιν παραληπτέον. Nem. IV, 81 Φθία] ἀντὶ τοῦ ἐν Φθία. Nem. IV, 107 λείπει οὖν ἡ ἐπί. Ol. II, 131. Ol. VII, 36. Ol. XI, 13. Pyth. III, 66. Pyth. IV, 514. Nem. I, 34 καθάπερ aut ὡς particularum defectus indicatur. Pyth. I, 169 λείπει ὁ γὰρ. Pyth. IV, 461 ἐλλείπει ὁ τέ. Nem. IV, 151 ἐλλείπει δὲ τὸ τίς et παρῆται δὲ τὸ τίς. Nem. V, 87 λείπεται τὸ ὅτι. — Superest igitur ut complures locos proponamus quibus pronomina, praepositiones, particulae supervacaneae esse dicuntur. En habe: Ol. VI, 21 αὐτόν τέ νιν] ὅτι ἐκ παραλλήλου τέθεικε τὰς ἀντωνυμίας καὶ ἔστιν ἡ μία αὐτῶν περισσῆ. Ol. VI, 40 ἔνιοι δὲ τὸν καὶ σύνδεσμον περισσὸν δέχονται. Ol. VII, 171 ὁ δὲ καὶ σύνδεσμος περιττεύει. Pyth. III, 66 περιττεύει ὁ τέ quae etiam Ol. IV, 14 et Nem. VI, 38 notantur. Ol. IV, 3 περισσὸς δὲ ὁ γὰρ σύνδεσμός ἐστιν. Pyth. IV, 447 ἡ πρόθεσις περιττεύει τοῦ λόγου. Isthm. I, 11 περισσῆν εἶναι λέγοντες (scil. οἱ Ἀριστάρχειοι) τὴν ἐξ πρόθεσιν ποιητικῆ συνηθεία. Isthm. VI, 27 περιττεύει δὲ ἦτοι ἡ ἐν πρόθεσις ἡ ἡ σὺν μία γὰρ ἀρκεῖ.

Quibus expositis iam eo nos convertamus ut etiam in Pindari

1) In libro qui inscribitur de Aristarchi studiis Homericis p. 101 sqq. Dissertationes Ienenses. II.

scholiis poetae rationes et proprietates in exponendis fabulis, in vocabulorum, in similibus usu, in victorum laude, talibus notatas esse doceamus. Ad peculiarem poetae morem in tradendis fabulis haec scholia exempli gratia spectant: Ol. I, 37. 105. Ol. VI, 23. Ol. VIII, 41. Ol. IX, 62 coll. cum 85. Ol. IX, 115. Pyth. IV, 44. 281. 447. Pyth. IX, 183. Pyth. XI, 25. Nem. III, 75. Nem. X, 103. 150. Isthm. I, 15. 23. Isthm. III (IV), 63, 92. Isthm. VI, 5.

Iam de Pindari singulari verborum usu ex magna copia haec conferas. Ol. VII, 148 *θηλυκῶς τὴν Ἴσθμόν φησιν, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις τὴν Ὀρχομενόν* Ol. VIII, 64 *θηλυκῶς τὸν Ἴσθμόν, ὡς ἐν ἄλλῳ* ubi in alio scholio eiusdem versus, exstat *ἐπίφορός ἐστι πρὸς τὰ θηλυκὰ, ὡς τὸ Ἐν αἰνᾷ Ταρτάρῳ, ὡς καὶ νῦν τῇ Ἴσθμῷ*. Pyth. I, 29 *πάλιν κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος θηλυκῶς τὴν Τάρταρον προήγαγεν, ὡς καὶ τὴν Ἴσθμόν καὶ τὸ Τυφῶς*. Ol. VI, 1 *θηλυκῶς δὲ νῦν προήγαγεν* (scil. *κίονας*) *ὡς καὶ Ὀμηρος* (Ol. α 52) *ἔχει δὲ τε κίονας αὐτὸς Μακρός κατέ*. Ol. XII, 10 *σύμβολον, ἀρσενικῶς καὶ οὐδέτερος*. Pyth. II, 144 *ὁ φελλὸς δὲ καὶ ἀρσενικῶς καὶ θηλυκῶς κλίνεται*. Pyth. IV, 328 *θηλυκῶς ὁ Πίνδαρος τὴν αἰῶνα κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος ἐξήνεγκε*. Pyth. XI, 5 *πυκνῶς δὲ τίθησιν ὁ Πίνδαρος κατὰ τὸ ἀρσενικὸν τὸν ἄδντον*. — Pyth. I, 94 *τιμὴν γὰρ εἰώθε τὴν βασιλείαν ὀνομάζειν*. Pyth. IV, 334 *τὸ δὲ κατέβα ἀντὶ τοῦ κατηλθε, καὶ πυκνῶς τούτῳ χρῆται τῷ καταβῆναι ἀντὶ τοῦ παραγενέσθαι*. — Ol. IX, 96 *καὶ νῦν μὲν ὁ Πίνδαρος τὸν ἐκ μητρὸς πάππον μήτρωα ὀνομάζει Ὀμηρος δὲ καὶ οἱ λοιποὶ τὸν τῆς μητρὸς ἀδελφὸν μήτρωα καλοῦσι*. Citantur deinde II. π, 717 sq. Similiter rem exponit alius schol. ad eundem versum § 3. Atque Ol. VI, 130 et Nem. IV, 129 a scholiis *μήτρωος* pro avunculo accipitur. Ambigunt schol. Nem. V, 78 *μήτρωος ἢ ὁ τῆς μητρὸς ἀδελφὸς ἢ ὁ κατὰ μητέρα συγγενής*· *χρῆται γὰρ οὕτως ὁ Πίνδαρος* et schol. Isthm. V, 87, ubi alter explicat *μήτρωες δὲ, ἀντὶ τοῦ μήτρωος δὲ, τουτέστιν ἀδελφὸς τῆς μητρὸς*, alter. *ὃν δὴ μήτρωα καλεῖ τούτου ὡς κατὰ μητέρα προσήκοντα· οὐ γὰρ πιθανὸν μητρᾷδελφον ἀκούειν*. Et schol. Nem. X, 69 et Nem. XI, 43 interpretantur *οἱ τῆς μητρὸς πρόγονοι* et *οἱ κατὰ μητέρα πρόγονοι*. — Ol. I, 9 *κακῶς εἶπεν ἄστρον*. *ἔδει γὰρ εἰπεῖν ἀστέρα*. *τὰ γὰρ ἐκ πολλῶν συγκείμενα ἀστέρων ζῶδια ἄστροα λέγεται, ὁ δὲ ἥλιος ἀστήρ*. Cfr. schol. II. E, 5 ἢ διπλῆ, *ὅτι τὸν κύνα λέγει ἀστέρα, praeterea schol. II. A, 75. K, 252*. — Ol. III, 31 *οὐκ ἄν τις ἐνταῦθα ἐναντιωθείη τῷ Πινδάρῳ τῷ τὸ ἐτι ἀφύτευτον*

χωρίον ἄλλος ὀνομάζοντι. ἔλεγον γὰρ πᾶν χωρίον ἀφιερω-
 μένον θεῷ, καὶ ψιλὸν φυτῶν ἢ, ἄλλος, ὡς καὶ Ὅμηρος (Il. B
 506) Ὅρχηστὸν θ' ἱερὸν, Ποσιδήϊον ἀγλαὸν ἄλλος. οὐ γὰρ
 Ὅρχηστὸς δένδρεσι κομᾷ, ἀλλὰ ἱερὸς ἐστίν. Ol. XI, 53 ἄλλος
 δὲ τὸ ἀνιερωμένον τῷ θεῷ γῆς μέρος, εἰ καὶ ψιλὸν εἴη φυτῶν.
 Ol. VII, 86 ἄλλος simpliciter explicatur τέμενος voce et Pyth. V,
 117 ἄλλση verbis θεῶν τεμένη. Perperam autem schol. Ol. V,
 25 refert τοὺς δὲ ἱεροὺς ποταμοὺς ἄλλση εἰώθασι λέγειν. —
 Ol. VII, 122 φαεινὸν, κατὰ συγκοπήν φαεινὸν, λαμπρὸν αἰ-
 θέρα. νῦν δὲ καταχρηστικῶς τὸν ἄερα. Cfr. Lehrsius¹⁾ qui
 de Aristarchi praecepto secundum quod apud Homerum ἀήρ terrae
 proximus sit usque ad nubes, quae ultra eas regio sit, αἰθήρη et
 οὐρανός, praeclare egit. — Ol. VII, 71 ἔγχος μὲν γὰρ τὸ δόρυ.
 Cfr. Il. H, 255 ἡ διπλῆ, ὅτι κυρίως ἔγχη τὰ δόρατα, οὐχ ὡς
 τινες τὰ ξίφη. Cfr. etiam H, 273. — Pyth. IV, 135 τὸ δὲ ση-
 μεῖον χ', ὅτι σταθμοὺς τὰς κατ' ἀγροὺς ἐπαύλεις ἔλεγε. Il.
 E, 140 ἡ διπλῆ καὶ ὅτι σταθμοὺς τὰς κατ' ἀγρὸν ἐπ-
 αύλεις. — Pyth. X, 56 κνωδάλων, κυρίως τῶν θαλαττίων
 ζώων, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τῶν χερσαίων. Nem. I, 74 κνώ-
 δαλα δὲ κυρίως τὰ ἐν τῇ θαλάσῃ θηρία, παρὰ τὸ ἐν ἄλλ κι-
 νεῖσθαι, καταχρηστικῶς δὲ καὶ πᾶν θηρίον, ὡς καὶ Ὅμηρος
 (Od. ρ, 317) Κνωδάλον ὅτι δίοιτο· καὶ ἴχρеси γὰρ περιήδει,
 ubi haec exhibet scholion κυρίως μὲν τὸ θαλάσσιον θηρίον τὸ
 κῆτος, νῦν δὲ θηρίον ὑπὸ κνωῖ ἀλισκόμενον. — Ol. I, 105
 πάλιν, εἰς τοῦπίσω κτέ. Cfr. schol. Il. E, 836 χειρὶ πάλιν ἐρύ-
 σασα] ἡ διπλῆ, ὅτι ἀντὶ τοῦ εἰς τοῦπίσω. Cfr. etiam Lehrsius²⁾
 — Ol. I, 118 οὐ χρονικῶς τὸ σχεδόν, ἀλλὰ τοπικῶς. Cfr. schol.
 Il. P, 202 οὐχ οὕτως παρδείληται ὡς ἡμεῖς ἐν τῇ συνηθείᾳ
 τάσσομεν διαστακτικῶς τὸ σχεδόν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ἐγγύς. Schol.
 γ, 290 σχεδόν, ἀντὶ τοῦ ἐγγύς, καὶ οὐχ ὡς ἡμεῖς cfr. Lehrsius³⁾
 — Ol. I, 9 ἢ ὅτι τὸ ἐρι μόριον λέγουσιν ἀντὶ τοῦ μεγάλως,
 ὡς Ὅμηρος (Il. K, 305). Ἐρικύχενας ἵππους, ubi schol. τὸ ἐρι
 γὰρ μόριον ἐπὶ τοῦ μεγάλου τίθεται, ὡς καὶ τὸ ζα.

Iam ex aliis generibus συνηθείας Pindari haec sunt: Ol. I, 5
 ἔθος δέ ἐστι Πινδάρῳ, μὴ οἷς προοιμαίεζεται συγκριτικοῖς,
 τούτοις τὰ συγκρινόμενα εὐθέως ἐπάγειν, ἀλλὰ μεταξὺ τινε
 εἰκόνα ἀποδεικτικῆν τῆς βελτιότητος παρεπιθέναι, καὶ οὕτω
 τὴν σύγκρισιν ἐπιφέρειν. ποιεῖ δὲ τοῦτο θερμοῖς τις ὢν
 καὶ πολύνους περὶ τὰ νοήματα. Nem. I, 34 ταῖς δὲ τοιαύταις

1) L. c. p. 167 sqq. — 2) L. c. p. 100 sq. — 3) L. c. p. 100.

παραβολαῖς χρῆται ἀποτόμως, οὐ λέγων τὸ καθάπερ. Pyth. VII, inscr. ἔστι δὲ οὗτος οὐχ ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκώς, ἀλλ' ἕτερος τὴν δὲ ἐκείνου νίκην τούτῳ προσάπτει ὁ Πίνδαρος συνήθως αὐτῷ. Cfr. tamen Boeckhii notam ad id schol. Nem. X, 1 ὁ δὲ Πίνδαρος, ὅτε βούλοιο ἐπαινεῖν τὰς πατριδας τῶν νενικηκῶτων, ἀθροίζειν εἴωθε τὰ πεπραγμένα ταῖς πόλεσι περιφανῆ, καθὼς ἐν τῇ φῶδῃ, ἧς ἡ ἀρχή· Ἴσμηνὸν ἢ χροσαλάκατον Μελίαν. Isthm. II, 28 ὁ . . Νικόμαχος Ἀθηναῖος ὦν ἀμφοτέροις ἠνιόχει, Θήρωνι καὶ Ξενοκράτει. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ Ξενοκράτους οὐχ οἶόν τε ἀκούειν· οὐ γὰρ ἀνήρητο Ὀλυμπικὴν νίκην, ἀλλ' ὁ Θήρων. κοινοποιεῖ δὲ τὰς νίκας ἀμφοῖν ὁ Πίνδαρος συνήθως αὐτῷ.

Ut vero ad aliam rem accedamus, notarum quae ad aliarum dialectorum discrepantias ab Attici sermonis usu spectabant reliquiae reperiuntur Ol. I, 5. 75. 84. 146. Ol. III, 17. 56. Ol. V, 54. Ol. VI, 37. 87. Ol. XI, 28. 37. 72. 113. Ol. XII, 4. Pyth. I, 9. Pyth. II, 52. 138. Pyth. III, 65. Pyth. IV, 204. Pyth. X, 12. Nem. I, 34. Nem. III, 16. 42. 49. Nem. VI, 45. Nem. X, 146. Isthm. II, 44. Praeterea Schimberg¹⁾ cum Aristarchum in Homero homonymias geographicas persecutum esse probavit, etiam in Pindari scholiis has adnotationes ad scholam Aristarcheam revocare licere evicit: Ol. XIV, inscr. δύο δὲ Ὀρχομενοί, ὁ μὲν Μινύειος ἐν Βοιωτία, ὁ δὲ πολύμηλος ἐν Ἀρκαδία· τοῦ δὲ Μινυεῖου νῦν μέμνηται. Pyth. VI, 35 καὶ ὁ Πίνδαρος τὸν Νέστορα ἐκ τῆς Μεσσηνιακῆς Πύλου φησὶν εἶναι. τριῶν γὰρ ὄντων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ Πύλων εἰς μὲν ἔστιν ὁ περὶ τὸν Ἀλφειὸν ποταμὸν ἐν Ἡλιδι Πύλος, ὃν καὶ ὑπὸ Ἡρακλέος πεπορθῆσθαι φασιν· ἕτερος δὲ ὁ Τριφυλικὸς Πύλος, ἐν ᾧ ὁ Ἀμαθόεις ποταμός· τρίτος ἐν Μεσσηνίᾳ περὶ τὸ Κορυφάσιον. εἴσι δὲ οἱ φασὶ τοὺς τρεῖς Πύλους ὑπὸ τὸν Νηλέα εἶναι. Nem. VII, 53 Ἐφύραν δὲ εἶπε νῦν τὴν ἐν Ἠπειρῷ, ἣν Κίχυρον φασὶ μετωνομάσθαι ἀπὸ Κιχύρου τοῦ Μερμερόου. τέσσαρας δὲ ἀναγράφει τὰς Ἐφύρας· πρώτην μὲν τὴν αὐθις Κόρινθον ὀνομασθεῖσαν· Ὀμηρος (Il. Z, 152)· Ἔστι πόλις Ἐφύρη. ἐτέραν δὲ τὴν περὶ Θεσσαλίαν· Ὀμηρος (Od. α, 259)· Ἐξ Ἐφυρῆς ἀνιόντι παρ' Ἴλου Μερμερίδαο. τρίτην δὲ περὶ Ἥλιν, ἧς Ἰκπίας μνημονεύει. τετάρτην τὴν ἐν Θεσπρωτοῖς. Praeterea varia huc cadere videntur; ut unum exemplum afferam, Ol. IX, inscr. legitur Ἔθνη Λοκρῶν εἰσι τρία. Ἐπιξεφύριοι πρὸς τῇ Ἰταλία,

1) In dissertatione quam inscripsit analecta Aristarchea p. 3—23.

Ὁξόλαι πρὸς τῇ Αἰτωλίᾳ, Ἐπικνημίδιοι πρὸς τῇ Εὐβοίᾳ, quae paullo amplificata etiam Ol. XI, 18 et Ol. X, 13 perhibentur. — Quemadmodum ex eis quae adhuc disputavimus perspicui potest, Alexandrini in interpretando Pindaro saepissime Homerum respererunt et quae in eo observaverunt ad Pindarum transtulerunt. Cuius rei plurima exempla praeter ea quae nos proposuimus indagabit qui Pindari scholia inspiciet. Atque Homerum normam regulamque fuisse ad quam Pindarum referrent et explicarent, etiam haec res testificatur, quod Pindari discrepantias ab Homero dicendi genere diligenter adnotaverunt, quin etiam vituperaverunt Pindarum quod ab Homero recederet. Cfr. Ol. VII, 42 ἐναντίως· τῶ ποιητῇ τὰ περὶ τῆς μητρὸς Τληπολέμου ἱστορεῖ ὁ Πίνδαρος. Ὅμηρος μὲν γὰρ αὐτὴν Ἀστυόχην ἀποκαλῶν καὶ Ἄκτορος εἶναι θυγατέρα βούλεται, ἐν οἷς φησιν (Il. B, 658)· Ὅν τέκεν Ἀστυόχεια. εἶοικε δὲ ὁ Πίνδαρος ἐντετυχημέναι τῶ Ἀχαιῶ ἱστοριογράφῳ. ἐκεῖνος γὰρ οὔτω γενεαλογεῖ· Ὑπερόχου Εὐρύπυλος· οὗ Ὅρμενος· οὗ Φέρης· οὗ Ἀμύντωρ· οὗ Ἀστυδάμεια ἢ Τληπολέμου μήτηρ. Ol. VII, 62 τοῦτο ἐκ τῶν Ὀμήρου ὀρηθεῖς λέγει, ὅτι Ζεὺς χρυσὸν ἔβρεξε τοῖς Ῥοδίοις, διὰ τὸ τὸν ποιητὴν εἰρηκέναι (Il. B, 670)· Καί σφιν θεσπέσιον πλοῦτον κατέχευε Κρονίων, οὐκ εἰρηκόςτος Ὀμήρου. ὅτι ὁ Ζεὺς ἔβρεξε χρυσὸν, ἀλλὰ περιεποίησε χύθην αὐτοῖς τὸν πλοῦτον. Ad B, 670 autem habet Ven. A ἢ διπλῆ, ὅτι Πίνδαρος κυρίως δέδεκται χρυσὸν ὑσαι τὸν Δία, Ὀμήρου μεταφορᾷ κεχρημένον διὰ τοῦ κατέχευε πρὸς ἔμφασιν τοῦ πλοῦτου. Cfr. etiam Lehrsius.) Ol. IX, 115 ἰδίως δὲ τοῦτο τάσσει χαριζόμενος τῶ Πατρόκλῳ (nempe Achillem rogavisse Patroclum ne a se seorsum pugnaret). Ὅμηρος γὰρ διαπαντὸς λέγει αὐτὸν θεράποντα Ἀχιλλέως. Ol. IX, 128 χάροι μὲν χαρὰ καὶ ἡδοναί, καθ' Ὅμηρον (Il. II, 218) δὲ αἰ μάχαι. Ol. XIII, 12 οὐκ ὀρθῶς δὲ τὴν ὕβριν τοῦ κόρου μητέρα λέγει, ἀλλὰ τὸ ἀνάπαλιν εἰπεῖν μᾶλλον ἔδει. Ὅμηρος· Τίττει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν κακῶ ὄλβος ἐπιηται. Quod exemplum inserendum esse duxi, tametsi non ut scholiasta putat is versus Homeri, sed Theognidis est. Ol. XIII, 98 ἐπιλαμβάνονται τινες τοῦ ἐπιθέτου, ἐπειδὴ ταύρον εἶπε θύειν Ποσειδῶνι ἀργήεντα, ὅπερ δηλοῖ λευκὸν, τοῦ Ὀμήρου (Od. γ, 6) εἰπόντος, ὅτι χρῆ θύειν Ταύρους παμμέλανας Ἐνοσίχθονι κvanoχαίτη· ἀλλὰ βοηθεῖται τὸ ἀργάντα. οὐ γὰρ λευκὸν τῇ χροίᾳ βούλεται λέγειν, ἀλλὰ τὸν ἐκλάμποντα τῶ μεγέθει καὶ ἐπιφανῇ ἐν τῇ

1) L. c. p. 188 sq.

ἀγέλη. Et Pyth. IV, 361 ubi Iasonis socios Neptuno rutilos tauros immolasse traditur schol. scribit Ὅμηρος (Od. γ, 6) μέντοι οἰκείως τῇ τοῦ ὕδατος φύσει καὶ τῷ Ποσειδῶνι ἀπονέμει τὰ θύματα, Ταύρους παμμέλανας Ἐνοσίχθονι κνανοχαίτη. Pyth. I, 21 Κῆλα δέ] κατὰ συναίρεσιν τὰ κηλήματα. Ὅμηρος (Od. τ, 538) δὲ τὰ τοξικά βέλη· Τὰ δ' ἐπώχετο κῆλα θεοῖο. δυνατὸν δὲ ἀκοίειν καὶ νῦν τροπικώτερον βέλη τὰ θελκτικὰ τῆς μουσικῆς πάθη. Pyth. I, 29 πάλιν κατὰ τὸ ἴδιον ἔθος θηλυκῶς τὴν Τάρταρον προήγαγεν, ὡς καὶ τὴν Ἰσθμὸν, καὶ τὸ Τυφῶς· εἶδει γὰρ Τυφῶν· Ὅμηρος (Il. B, 782) δὲ ἑτέραν εὐθείαν οἶδεν, ὁ Τυφωεύς· Τυφωεῖ γαίαν ἱμάσση. Pyth. II, 73 οἱ δὲ ἀρμάταιοι τροχοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐξάκνημοὶ εἰσιν, οἱ δὲ τῶν θεῶν δι' ὑπερβολὴν τοῦ κόσμου παρὰ τῷ Ὅμηρῳ (Il. E, 723) ὀκτάκνημοι εἶναι λέγονται. οἰκείως δὲ ὁ Πίνδαρος τὸν τοῦ Ἰξίονος τροχὸν τετράκνημόν φησιν, ἵνα τοῖς μὲν δυοῖ ποσὶ τὰς δύο, ταῖς δὲ δυοῖ χερσὶ τὰς δύο προσάψῃ κνήμας, ἴσον ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς ποσίν, ὡς εἰς τὴν δέξιν τῶν χειρῶν καὶ τῶν ποδῶν ἔξαρκεῖν. Pyth. II, 85 Ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς θαιμαστὸς] ἢ φράσις κατὰ σχῆμα· ἀπὸ πληθυντικοῦ γὰρ ἐνικὸν ἐπήγαγεν εἰπών· Ἐκ δ' ἐγένοντο στρατὸς· καὶ ἔστι τοῦτο ἐναντίον τῷ παρ' Ὅμηρῳ (Il. O, 305)· Ἡ πληθὺς ἐπὶ νῆας ἀπὸ στρατοῦ ἀπενέοντο. καὶ πάλιν (Il. Σ, 496)·

Αἱ δὲ γυναικες

Ἰσταμέναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισιν ἐκάστη.

Pyth. III, 141 ἐνιοὶ ἀπεκδοχὴν φασιν εἶνα ταῦτα τῶν Ὀμηρείων (Il. Ω, 527 sqq.), ὡς εἰπόντος αὐτοῦ ὅτι τριῶν ὄντων πίθων, ἐνὸς μὲν τῶν ἀγαθῶν, δυεῖν δὲ τῶν κακῶν, ὁ Ζεὺς δίδωσιν ἕξ ἐκάστου μοῖραν. ἐλέγχεται δὲ, ὅτι τὸ Ἔτερος ἐπὶ δύο μόνων λέγεται. εἰ γὰρ ἤδει τρεῖς ὄντας τοὺς πίθους, Ἄλλος ἂν εἶπε καὶ οὐχ Ἔτερος. ἔστι δὲ ὑποστίξαντα εἰς τὸ Δώρων οἶα δίδωσι, διαστεῖλαι εἰς τὸ Κακῶν, ἢ κακῶν, ἔτερος δὲ ἑάων. δύο οὖν λέγει πίθους Ὅμηρος, κακῶν τε καὶ ἀγαθῶν, καὶ ᾧ μὲν ἀνθρώπων ἐν παρ' ἐν ἀγαθὸν καὶ κακὸν δῶ, εὐδαίμων ἐστίν. ᾧ δ' ἂν ἐκ θατέρου δῶ δύο μοῖρας τῶν κακῶν, τοῦτον οὖν εἶναι κακοδαίμονα. Cfr. etiam Aristonicum et Nicanorem ad Iliadis locum. Pyth. IV, 194 λευκάς εἶπε φρένας κατὰ τὸ ἐναντίον ταῖς παρ' Ὅμηρῳ μελαίνας, ἃς ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν ἐν βάθει διαφανομένων ὑδάτων κατὰ μεταφορὰν ὠνόμασε. τὰ μὲν γὰρ ἐπιπόλαια τῶν ὑδάτων διαυγῆ καὶ λευκά, τὰ δὲ ἐν βάθει μέλανα· διόπερ τὰς μὲν ἐπιπολαίους λευκάς

φρένας εἶπε Πίνδαρος, τὰς δὲ ἐν βάρει μελαίνας ὁ θειοτατος Ὀμηρος. Cfr. etiam schol. Od. γ, 6. Pyth. IV, 370 Ὀμηρος μὲν ἐκτοπίζει τὸν Ἰάσονος πλοῦν (Od. μ, 69 sqq.). Οἷη δὴ κείνη γε παρέπλω πομποφόρος νηῦς, καὶ τὰ ἐξῆς· οἱ δὲ νεώτεροι πόντον ὑφίστανται δύο νησιδία σκοπελοιειδῆ ἀλλήλοισι συθόη γνύμενα. καὶ ἴσως Ὀμηρος οὐδὲ αὐτὰς τὰς πέτρας ἐπικυλίεσθαι φησιν, ἀλλὰ τὰ κύματα ἐγειρόμενα μεταξὺ ταῖς πέτραις προσρήσσειν τὰς ναῦς. φησὶ γοῦν· Καὶ νῦ κε τὴν ἐνθ' ὄκα βάλεν μεγάλας ποτὶ πέτρας, ὅτι τὴν ναῦν προσεβόηξεν ἂν τῇ πέτρῃ τὸ κύμα, καὶ οὐκ αὐτὴ ἢ πέτρα συνεκρότησε τῇ ἐτέρῃ. οἱ δὲ νεώτεροι συντρέχειν φασίν. ὁ δὲ Πίνδαρος προστετρατεύεται τι λέγων ὅτι δίδυμοι ἦσαν ζωαί. Pyth. IV, 507 τὸ γ', ὅτι ἐκ τῶν Ἡσιόδου Ἔργων (714) εἰληπταί· ἐκεῖνος γὰρ παραινεῖ μὴ ὀμιλεῖν τοῖς κακοῖς μηδὲ ἐπιπλήττειν μηδὲ ψέγειν τοὺς ἀγαθοὺς· Μηδὲ κακῶν ἕταρον μῆδ' ἐσθλῶν νεικητήρα. Ὀμηρος δὲ τὸν Θεοσίτην εἰσήγαγε φιλόκακον καὶμισάγαθον· ὅσους γὰρ ὁ ποιητὴς ἐγκωμιάκε κατ' ἀρετὴν, τοῦτους ἔψεγε. διὸ καὶ ἔλεγεν (Il. B, 220)· Ἐχθιστος δ' Ἀχιλῆϊ μάλιστα ἦν ἡδ' Ὀδυσῆϊ. Pyth. V, 93 ἀπὸ οὗν τῆς Πύλου τὴν Μεσσήνην σημαίνει. οἱ γὰρ νεώτεροι τὴν Πύλον, ἧς ὁ Λέστωρ ἠγεῖτο, οὐ περὶ τὴν Τριφυλίαν τῆς Ἀρκαδίας, ἀλλὰ περὶ τὴν Μεσσήνην διδόασιν. Eadem fusius habet schol. Pyth. VI, 35. Nem. II, 22 εἶοικε δὲ ὁ Πίνδαρος τὸ παρ' Αἴαντος ὁμηθὲν πρὸς Ἑλληνας ὑπονενοηκέαι εἰρησθαι πρὸς Ἐκτορα· φησὶ γὰρ (Il. H, 198)·

Ἐπεὶ οὐδ' ἐμὲ νῆϊδά γ' οὕτως
Ἐλπομα ἐν Σαλαμῖνι γενέσθαι τε τραφέμεν τε.

Nem. III, 55 ἀναφέρει δὲ ἐπὶ τὰ Ὀμηρικά (Il. T, 390)· Πηλιάδα μελίην, τὴν πατρὶ φίλῳ τάμε Χείρων. ἀντιτάττεται δὲ τοῖς Ὀμήρου· ὁ μὲν γὰρ ὑπὸ Χείρωνός φησι τηθηῆναι αὐτὴν καὶ δοθῆναι Πηλεΐ, οὗτος δὲ ὑπὸ Πηλείως φησὶ τηθηῆναι. Nem. III, 75 παρὰ μὲν γὰρ Ὀμήρῳ μόνον παιδεύεται (scil. Achilles) διδασκόμενος τὴν ἰατρικὴν, παρὰ δὲ τοῖς νεωτέροις καὶ τρέφεται παρὰ Χείρωνι. Nem. IX, 104 ὁ δὲ αἰὼν πρὸς τὸ γῆρας τοῦτους τελέθει εἰς φῶς τοῖς πόνοις, οἳ ἂν ἐν νεότητι γένωνται καὶ δίκῃ. ἔστι δὲ ἐκ τοῦ ἐναντίου· τοῦ Ὀμήρου (Od. τ, 360)· Αἴψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγρησσοῦσιν. Isthm. I, 43 τὸ δὲ ὑψίπεδον ἔδος δοκεῖ ἐναντίως εἰρησθαι τῷ Ὀμηρικῷ. φησὶ γὰρ (Od. δ, 1)· Οἱ δ' ἴξον κοίλην Λακεδαίμονα κητώεσσαν. ἀλλ' ἀπολυσόμεθα οὕτως· ὑψίπεδος ἢ Λακεδαίμων καθ' ἑαυτὴν, κοίλη δὲ ὡς πρὸς τὰς πλησίον πόλεις.

Isthm. III (IV), 63 Chrysippus sensum rectum deesse contenderat, si ei versus tanquam de Aiace dicta acciperentur. Cuius censor, Didymus, ni fallor, recte de Aiace, non de Ulixē verba fieri vidit. Scribit enim *δύναται γὰρ μένειν τὸ αὐτὸ ἄλογον· καὶ γὰρ ταῦτα λέγων ἐπὶ τῆς ἰδίας μένει κρίσεως, καὶ ἐγκαλῶν ἔσται τῷ ποιητῇ, Ὀδυσσεὴ δὲ ψέγων.* Isthm. VI, 30 οὐχ ἤττον ἔστι, φησὶν, ἢ γνώμη τοῦ κάλλους. οὐχ ὁμοίον ἔστι τῷ παρ' Ὀμήρω (Od. ρ, 454). *Οὐχ ἄρα σοίγ' ἐπὶ εἶδεϊ καὶ φρένες ἦσαν.*

Iam exposui meum de tota hac re iudicium. Cave tamen credas omnia exempla a me in superioribus prolata — quae tamen multis augeri possunt — ex mea sententia ex ipsius Aristarchi commentariis petita esse. Non ignoro permagnam eorum partem discipulorum et grammaticorum aetate inferiorum, maxime Didymi libris deberi. Attamen etiam talibus uti non dubitavi, quoniam e discipulorum quoque doctrina magistri rationibus et praeceptis lux affulget. Praeterea satis habeo haec nunc obiter tantum tetigisse. Non enim hac commentatione id sequi licet ut Aristarchi praecepta omnia ex scholiis eliciam et sic studiorum eius Pindaricorum iustam imaginem et speciem exprimam. Nam ea res nunquam plane cedit, cum quemadmodum supra monui veterum grammaticorum nomina saepenumero in superstitionibus scholiis exstincta sint. Qua de causa hoc tantum mihi propositum, ut omnia in scholiis Pindaricis praecepta quae disertis verbis ad Aristarchum relegantur diligenter examinem et excutiam et quantum ex eis locis cerni potest, quid Aristarchus in explicando Pindaro praestiterit doceam.

Ac statim ab initio duo loci nobis praetermittendi sunt ubi Aristarchi nomen occurrit. Alter est in colo de metro Ol. I ex Vrat. A desumpto Boeckh. p. 20: *Τῶν ἐν τοῖς ἐπινίκιοις τοῖς ὑπὸ Πινδάρου γεγραμμένοις εἰς τοὺς Ὀλυμπιονίκας πρώτη ὥδη ἐφ' ἡδὴ ἐστὶ τριαδικὴ περικοπῶν δ', καὶ ἔστιν ἢ πρώτη στροφὴ καὶ ἀντιστροφὴ κώλων ιζ', ἢ δὲ ἐπ' ὁδὸς κώλων ιγ'. τῆς στροφῆς (καὶ) ἀντιστροφῆς τὸ α' Γλυκῶνειον. τὸ Γλυκῶνειον μέτρον, τὸ καὶ ἀντισπαστικόν. ἔστι τετρασύλλαβον συγκαίμενον ἐκ βραχέος καὶ β' μακρῶν καὶ βραχέος, οἷον Ἀρίσταρχος. ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ οἷον ἀντεσπασμένον καὶ οἷον ἐναντίον δῖαμβρον εἶναι.* Collatis enim aliis scholiis metricis hoc loco nihil aliud dici nisi Ἀρίσταρχος vocem explere metrum glyconeum sive antispasticum ∪ — — ∪ elucet. Ac ne commemoravisset quidem eam rem nisi Osann¹⁾ in eo scholio metrico Aristarchi auctoritatem laudari praedicavisset.

1) L. c. p. 184.

Alter locus est Ol. I, 97 περὶ τῆς τοῦ Ταντάλου ζολάσεως ἕτεροι ἑτέρως λέγουσιν Ὅμηρος (Od. λ. 582 sq.) δὲ αὐτὸν ἑτέρως ὑποτίθησι τιμωρεῖσθαι·

Ἔσταότ' ἐν λίμνῃ· ἡ δὲ προσέπλαζε γενεῖω·

Στεῦτο δὲ διψῶων· πῖευν δ' οὐκ εἶχεν ἐλέσθαι.

καὶ τὰ ἐξῆς· πλὴν εἰ μὴ κατὰ τὸν Ἀριστοτολὸν νόθα εἰσὶ τὰ ἔπη ταῦτα. Quae non ad Pindarum spectant, sed id sibi volunt Aristarchum narrationem de Tantalō in Hom. Od. λ spuriam habuisse.

1.

Ol. II, 16, § 2 Ἀριστοτολὸς τὴν πόλιν οἴκημα ποταμοῦ προσηγορεῦσθαι φησὶ διὰ τὸ ὁμώνυμον εἶναι τῷ ποταμῷ Ἀζοράντι. τὴν γὰρ ὀνομασίαν ἢ πόλιν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἔσχεν. Ἀρτέμων δὲ ὁ ἀπὸ Περσῶν τὴν Γέλλαν οἶεται δεῖν ἀνοῦειν, οὕτω καλουμένην πόλιν ἐν Σικελίᾳ παρὰ τῷ ποταμῷ τῷ Γέλλᾳ, ὡς Καλλιμάχος· Οἱ δὲ Γέλλα ποταμοῦ κεφαλῇ ἐπιλείμενον ἄστυ. καὶ γὰρ ταύτην ὁμώνυμον εἶναι Γέλλᾳ τῷ ποταμῷ, τοὺς δὲ Ἀζοράντινος Γελλῶων εἶναι ἀποίκους· ὥστε τὸ πατέρων ἄστυ ἐν Γέλλᾳ ἐπὶ τῶν τοῦ Θήρωνος προγόνων συντετάχθαι. κεφαλαίωδαι δὲ χρῆται τῷδε· τὸ δὲ καμόντες, ἔφη, προσήκειν μᾶλλον ἀνοῦειν ὑπὲρ τῶν τὴν Γέλλαν ἐκτιζόντων, ἀλλ' οὐ τὴν Ἀζοράντα, οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ τοῦ ἁΐστου συναθροίσθησαν, οἱ δὲ γαλεπῶς καὶ μόλις. Ἀντίφημος γὰρ ὁ Ῥόδιος καὶ Ἐντίμος ὁ Κρήσιος οἱ τὴν εἰς Γέλλαν στείλαντες ἀποικίαν πρῶτον μὲν περὶ τὴν συναγωγὴν ἔκαμον οὐ μετρίως, συναθροίζοντες τοὺς ἐκ Πελοποννήσου καὶ Ῥόδου καὶ Κρήτης, εἶτα περὶ τὸν διάπλουον, εἶτα περὶ τὸν κατοικισμὸν, καὶ πάλιν διαγωνισάμενοι πρὸς τοὺς Σικανούς. Μενεκράτης δὲ φησὶ ληρεῖν τὸν Ἀρτέμωνα· μὴ γὰρ καμῆν τοὺς περὶ Ἀντίφημον περὶ τὴν ἀποικίαν, ἀλλὰ μᾶλλον κατὰ εὐπέτειαν πολλὴν αὐτοῖς πάντα συμβεβηζέσθαι. Hic cum Boeckhio, sed omisso paragraphi siglo, ex farragine scholiorum quam Vrat. A ad v. 70 apud C. E. Ch. Schneiderum¹⁾ porrigit, applicanda sunt quae Aristarchi, Artemonis, Menecratis censor profert. Vult enim εἶναι δ' αὖ μᾶλλον τὸ δεύτερον λόγον. μετὰ γὰρ καμάτου ἐκτίσθη. Ἀντιφήμου τοῦ Ῥοδίου καὶ Ἐντίμου τοῦ Κρητὸς κατὰ χρῆσμον Ἀπόλλωνος μαχεσαμένων Σικελιώταις περὶ τοῦ χωρίου. Magis

1) In libello quo vetera in Pindarum scholia denuo ex codice Rhedigerano edidit, Vratislaviae 1843.

autem Aristarchi sententia invaluit, ut ex scholio versus 16, § 1, ex schol. Vrat. A v. 70 et ex schol. v. 14, ubi Aristarchi verba paullum mutata repetuntur, videre licet. Iam etiam Triclinius et Moschopolus eam amplexi sunt. Et nulla esse potest dubitatio, quin Aristarchus recte locum explicuerit. Nam Pindarus eis versibus aperte de Agrigento agit. Quam urbem Theronis maiores *καμόντας πολλὰ θυμῷ* condidisse eximie Boeckh in expl. p. 115 sqq. probavit.

2.

Ol. II, 29, § 2 ζητεῖται δι' ἣν αἰτίαν εὐξάμενος τῷ Θήρῳ τὰ κάλλιστα κατάπαισιν τῶν προαχθέντων δεινῶν αἰτεῖται τὸν Δία. Καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχός φησι, διὰ τὸ κεκμηκέναι τοὺς τοῦ Θήρωνος πατέρας κατὰ τὴν Ῥόδον, τῶν πραγμάτων στασιαζομένων. καὶ οὕτω τὴν εἰς τὴν Σικελίαν μετοικεσίαν στείλαμένων. Quae repudianda sunt. Non enim Pindarus de eis miseris, quas Theronis maiores Rhodi toleraverunt, loquitur, sed Iovem orat, ut Siciliam quae nunc Theronis patria est, propitius generi eius servet. Neque veteres Aristarchum secuti sunt. Pergit enim scholion recte: ὁ δὲ Δίδυμος τὸ ἀκριβέστερον τῆς ἱστορίας ἐπιτίθει μάρτυρα Τίμαιον τὸν συντάξαντα τὰ περὶ τῆς Σικελίας προσφερόμενος. ἡ δὲ ἱστορία οὕτως ἔχει. Θήρων ὁ τῶν Ἀκραγαντίνων βασιλεὺς Γέλῳ τῷ Ἰέρωνος ἀδελφῷ ἐπικηδεύσας γάμῳ συνάπτει τὴν αὐτοῦ θυγατέρα Δημαρέτην, ἀφ' ἧς καὶ τὸ Δημαρέτειον νόμισμα ἐν Σικελίᾳ. τοῦ δὲ Γέλῳνος τελευτᾶν τὸν βίον μέλλοντος Πολύζηλος ἀδελφὸς τὴν στρατηγίαν καὶ τὴν γαμετήν τοῦ ἀδελφοῦ διαδέχεται κατὰ τὰς Γέλῳνος τοῦ ἀδελφοῦ (verba τοῦ ἀδελφοῦ repetita ex superioribus delenda: Boeckhiius ea ex Vrat. D male supplevit) προστάξεις, ὥστε τὸ Θήρωνος εἰς Γέλῳνα κῆδος εἰς τὸν Πολύζηλον μετατεθεῖσθαι. λαμπρῷ δὲ αὐτῷ καὶ περιβλέπτῳ τυγχάνοντι κατὰ τὴν Σικελίαν Ἰέρων φθονήσας ὁ ἀδελφὸς ὃς καὶ πρόφρασιν σκηψάμενος τὸν πρὸς Συβαρίτας πόλεμον ἀπελαύνει τῆς πατρίδος. (Contra Diodorus XI, 44 narrat Sybaritis contra Crotoniatas opem laturum in Siciliam eum venisse ἀλλὰ καὶ τοῦτον κατώρθωσε τὸν πόλεμον ὁ Πολύζηλος. ὁ δὲ μὴ φέρων γυμνότερον αὐτοῦ κατηγορεῖν ἐπειρᾶτο νεωτερισμοῦ· καὶ οὕτω τὸν Θήρῳνα ὑπεραγαμακτήσαντα θυγατρὸς ἅμα καὶ γαμβροῦ συνόψῃσι πρὸς Ἰέρῳνα πόλεμον παρὰ Γέλλα τῷ Σικελιωτικῷ ποταμῷ, οὗ Καλλιμαχος μὲνηται.

Οἱ δὲ Γέλα ποταμῷ ἐπικείμενον ἄστυ.

μή γε μὴν εἰς βλάβην μηδὲ εἰς τέλος προχωρῆσαι τὸν πόλεμον. φασὶ γὰρ τότε Σιμωνίδην τὸν λυρικὸν περιτυχόντα διαλυῶσαι τοῖς βασιλευσὶ τὴν ἔχθραν. τούτοις οἰκείως τοῖς φθάσασιν εὐχέσθαι τῷ Διὶ φησι τὸν Πίνδαρον ὁ Δίδυμος, ὥστε λοιπὸν αὐτοῖς εἰρηναῖον εἶναι τὸν βίον. Atque similia § 1 traduntur ex alia recensione. Conferenda etiam, sunt schol. v. 173, v. 180 alia. Non autem solum haec inter Hieronem et Polyzelum, Theronis generum offensiones, deinde bellum Theroni ipsi cum Hierone exortum Theronem vexavit, sed etiam, id quod schol. § 2 omittit et schol. § 1 obiter tantum commemorat, eisdem temporibus Capys et Hippocrates, et ipsi Theronis propinquí, una cum Himerensibus proditionem moliti sunt, sed apud Himeram flumen a Therone victi, Camicum, in arcem natura optime munitam se receperunt. Cfr. schol. v. 173 et schol. Pyth. VI, 4.

3.

Ol. II, 58, § 2 λέγει ὅτι ἄδηλος ἡ τύχη τῶν ἀνθρώπων ἀμφίβολον δὲ πότερον αὐτῶ ὁ λόγος καὶ ἐπὶ τοῦ θανάτου· οὐδὲ ὅποτε τελευτήσομεν τὴν ἐσχάτην ἡμέραν· ἢ ὅτι ἀθορύβως ἐν τῷ τοῦ ξῆν χρόνῳ. οὕτω δὲ καὶ Ἀρίσταρχος ἀκούει. Haec apud Boeckhium ex Vrat. A accesserunt, nisi quod codex praebet ὅτι ἀθορύβως ἐν τῷ τοῦ ξῆν χρόνῳ omissa ἢ particula. Schneider ea re nisus ὅτι θόρυβος ἐν τῷ τοῦ ξῆν χρόνῳ scribendum esse existimat, ut Aristarchus ea verba de extrema vitae die dicta esse putaverit. Sed eum falsum esse et cum Boeckhio ἢ particulam inserendam esse apparet, cum hoc loco secundum interrogationis membrum deesse non possit. Aristarchi autem sententiam uberius § 1 habet: οὐδ' ἀσύχιμον] ἤσυχον, ἀπράγμονα, εὐτυχῆ· οὐδὲ πότε ἐν εὐτυχίᾳ ἐσόμεθα ἀθορύβως καὶ ἀταράχως ἐν τῷ τοῦ ξῆν χρόνῳ. Hic ex Boeckhii ratione paragraphi siglum ponendum est, nam quae subsequuntur, alteri verborum interpretationi adstipulantur. Aristarchus igitur recte verborum sententiam perspexisse videtur. 'Non scimus, poeta inquit, quando diem in otio et pace peragere nobis licebit.'

4.

Ol. II, 82, § 2 ἔστι μὲν καὶ οὕτω διαστείλαι· ὅθεν σπέρματος ἔχοντι ῥίξαν, εἶτα ἀπ' ἄλλης ἀρχῆς· πρόπει τὸν Αἰνησιδάμου. ὃ καὶ ὁ Δίδυμος ἀποδέχεται. Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως· ὅθεν σπέρματος ἔχοντα (sic legendum, Boeckh ἔχοντι, cod. ἔχον) ῥίξαν τὸν Αἰνησιδάμου· ὡς τῶν ἴσων εἶναι τῷ (sic cod. Boeckh false τὸ) ἀπ' ὧν ἔχοντι τὸ σπέρμα τῷ Αἰνησιδάμου

νίῳ πρόπει λυγῶν καὶ ἐγζωμίων τυγγάνειν. γίνεται δὲ, φησὶν ὁ Δίδυμος, κατὰ τὴν ἐκφορὰν ταύτην παρέλκον τὸ τυγγανέμεν. τὴν δὲ αἰτιατικὴν πτώσιν τοῖς ἄνω συναπτέον, ὡς προείρηκα, καὶ τὸ πρόπει τὸν Αἰνησιδάμου ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς. ὁ δὲ Θήρων τοῦ σπέρματος ἔχει ῥίζαν ἀπὸ τούτων. Schneider Aristarcho scripturam quae est ἔχοντι vindicat. Scribit enim: Didymus Aristarcho verbum τυγγανέμεν obstare putabat, fortasse quod eum ἔχοντι participium ad poetam referre statueret; quod si fieret, ἐγζωμιάζειν vel simile verbum sequi debebat. Scholiastae vero Aristarchus coniungere videbatur quae propter casuum diversitatem coniungi non possent: verba enim ὅθεν ἔχοντι τὸν Αἰνησιδάμου secundum eum non differre ab ἔχοντι τῷ Αἰνησιδάμου νίῳ. Atque Hartung¹⁾ Aristarchum ἔχοντα proposuisse coniectura assecutus, ut et τυγγανέμεν supervaneum esse possit, si quidem ἐγζώμιον non tanquam obiectum ad τυγγανέμεν spectet, sed ut subiectum ad πρόπει trahatur et verba ἔχοντα τὸν Αἰνησιδάμου videri possint pro ἔχοντι τῷ Αἰνησιδάμου dicta hanc Aristarchi scripturam esse vult:

ὅθεν σπέρματος ἔχοντα ῥίζαν πρόπει τὸν Αἰνησιδάμου
ἐγζώμιόν τε μελέων λυγῶν τε τυγγανέμεν.

Sed non debebat Hartung ἐγζώμιον corrigere; iam Schneider plures etiam cumulavit errores, omnes inde subnatos quod Aristarchum ἔχοντι scripsisse arbitratus est. Lectio enim vere Aristarchea procul dubio ἔχοντα est. Nam ut iam Bergk²⁾ et Mommsen³⁾ monuerunt, in paraphrasi demum Aristarchus dativum pro accusativo adhibuit. Intellexit igitur verba ut hodie etiam interpretamur: 'Unde seminis radicem ducentem Theronem, filium Aenesidami, decet encomiis canticis et lyris celebrari'. Itaque Didymo secundum eam explicationem τυγγανέμεν verbum superfluum esse contendenti non plaudemus. Prorsus autem improbandus mihi videtur esse Mommsen, qui Didymum Aristarchi verba ita intellexisse existimat, ut Pindarus haec dixerit: 'hinc originem ducere apparet filium Aenesidami' participio pro infinitivo usurpato. Nam ex Didymi sententia vix Aristarchus structuram verbo personali aptam ad verbum impersonale transtulerit. Didymi vero huius loci constitutio a Boeckhio recepta, qua ἔχοντι hoc est ἔχουσι legit et post ῥίζαν plene interpungens ea verba superioribus adiungit,

1) In editione. — 2) PLG 4. — 3) In adnotationis criticae supplemento editioni maiori affixo p. 20.

quemadmodum iam Hermann¹⁾ docuit, propter abruptum transitum reicula est.

δ.

Ol. II, 102, § 2 *Μαρίστραχος ἐξηγείται οὕτως· εἰ τις οἶδε το μέλλον, ὅτι ποιήν τινοῦσιν οἱ ἐν ἄδου παραιτούμεντες, ο γὰρ λόγος ὡς τῶν αὐτῶν πλεονάκις ἀναριούτων καὶ ἐνθάδε ἢ ἐκεῖ δίκας διδόντων τῶν ἀμαρτημάτων, ἐνιοὶ δὲ ἀπλοῦστερον ἀκούουσι τὸν λόγον οὕτως· εἰ ἔχων τις τὸν πλοῦτον οἶδεν, ὅτι ἐν τῷ ὑστέρω χρόνῳ οἱ ἀποθανόντες καθ' ἄδου δίκας δώσουσιν* (sic scripsi cum Schneidero; Boeckh. διδώσουσιν). Cfr. de toto hoc loco praecellaram Mommsenii²⁾ disputationem. Alexandrini verba *εἰ δέ νιν ἔχων τις οἶδεν το μέλλον* duplici ratione interpretati sunt. Alii inde ab *εἰ δέ κτ.* novam verborum comprehensionem sic instituerunt, ut apodosis deesset, sed facile suppleri posset (schol. v. 102, § 1 *οὐκ ἂν αὐτῷ εἰς ἀδικίαν ἐχρήσατο* et schol. v. 104, § 2 *ἔξωθεν οὖν χρήσθαι αὐτῷ πρὸς εὐσέβειαν δεῖ*). Alii autem δέ particulam aut redundare aut pro δη positam esse arbitrati ea verba cum superioribus coniunxerunt, ut poeta dicat tum tantum opes virtutibus exornatas hominibus sidus insigne esse, cum qui possideat futurum tempus respiciens recte eis utatur (schol. A secundum Mommsenium *εἰ δέ νιν ἔχων ἤτοι καθόλου καὶ ὀλοκλήρως ἐξαιρετέον τὸν δὲ συνθεσμὸν, ἢ μεταληπτέον εἰς τὸν δή. ὁ γὰρ λόγος τοιοῦτος· ὁ μετὰ τῆς ἀρετῆς πλοῦτος ἀστήρ ἀριζήλος καὶ ἀληθινώτατος ἀνδρὶ φέρρος, εἰ δὴ τις αὐτῷ χρήσεται εἰς δέον καὶ οὐκ εἰς ἀδικίαν, κατατιθέμενος τὴν δύναμιν αὐτοῦ, ἀλλὰ τοῦνεπίον εἰς δικαιοσύνην*). Magnopere doleandum est quod quae aetatem tulit Aristarchi paraphrasis adeo concisa et mutila est, ut utram interpretationem proposuerit diiudicare non liceat. Nostra vero, si quaeris, quae sit sententia, haec est. Ad eorum partes qui prioribus se applicant, accedere non possum, cum parum probabile sit Pindarum dictum tanto spiritu et ardore prolatum imposita tali clausula finivisse 'sed ea tantum condicione, ut futuri temporis ratio habeatur', quemadmodum iudicat iam L. Schmidt.³⁾ Pari modo improbo eos qui apodosin aut v. 61 aut v. 83 incipere aut omnino deesse putant. Namque

1) In editione Heyniana anni 1817 III, p. 282 — 2) In adu. cit. suppl. p. 23 sqq. — 3) In libro cui inscripsit 'Pindars Leben und Dichtung' p. 225. Cfr. etiam Haerterum in libello scholastico Stendalensi anni 1870, qui virorum doctorum de his verbis sententias p. 15 sq. breviter examinavit.

deesse in hoc lyrico dicendi genere apodosis non potest neque accedere post tantam intercapedinem; denique sententia inde a v. 61 exposita est multo alienior ab eis quae v. 56 vult, quam quae eorum apodosis haberi possit. Neque probabiliora Bergk in ed. 4 protulit qui post *ἔχων τις* commate incidit et Pindarum brevilloquentia quadam usum ratus sic explicat, 'si quis alius opibus simul et virtutibus clarus futurum tempus mente tenet, Thero est'. Nam de Therone diserte hoc loco verba non fiunt neque etiam in ea re pondus positum est, ut aliquis sibi conscius sit se virtutes coniunctas cum divitiis possidere, sed in eo, ut habeat virtutes una cum opibus. Similiter a vero recesserunt qui *εὔ* aut *ἔν* pro *εἰ* vel etiam *ἔχει* aut *οἶδε* pro *εἰ* *δέ* proposuerunt. At mihi quoque prae aliis ea placent quae Th. Fritzsche¹⁾ ex G. Hermannii exemplari editionis Boeckhianae anni 1825 publici iuris fecit, scilicet *εἰ* *δὲ* mutandum esse in *εὔτε* quod significationem habeat 'quando, quandoquidem'. His expositis cum ex Aristarchi paraphrasi iure colligere mihi videar eum unam duarum explicationum a veteribus excogitarum et supra a nobis promptarum protulisse eum non satis recte verba intellexisse elucet.

Restant alia. Aristarchus enim verba *ὅτι θανόντων κτέ.* in hanc sententiam tanquam a poeta institutam accepit, 'mortuorum impiae mentes hic in terra statim poenas luunt, qui vero in hac terra peccavit, de eo apud inferos iudicium fit'. Quam interpretationem alii reprehendentes *ἀπλούστερον* sic explicaverunt: 'si quis opulentiam coniunctam virtutibus habens futurum tempus scit, fore ut post mortem tum statim (hoc est apud inferos, futuro tempore) impiae mentes puniantur et quicumque in terra peccaverit in subterranei arbitri iudicium vocatum iri'. Diiudicemus igitur, utri explicationi plaudendum videatur. Nam neque Chrysippus schol. v. 104, § 3 neque schol. v. 104, § 1 aut schol. v. 106, § 2 audiendi sunt. Mommsen facit cum eis qui *ἀπλούστερον ἀζούουσιν*, cum eum scholiastam *ἀπάλαμνοι φρένες* non pro 'incurabiles' sive 'insuperabiles mentes', sed pro 'inopes mentes' capere non evidenter opinetur. Equidem ad Aristarchi partes me conferre non dubito. Nego enim duobus enuntiati membris insuper inter sese oppositis poetam eadem repetisse. Accedit quod, ut etiam Mommsen bene sensit, *ἐνθάδε* adverbium sensu 'in hac terra' usurpatum ad loci sententiam melius quadrat. Magis fortasse nobis arrideret, si poeta mortuorum animos in hac terra rursus

1) In Fleckeisenii annal. 1882, p. 147.

poenas soluturos esse secundo loco enuntiavisset. Sed etiam sic, ut est, sententia tolerari potest.

Ceterum id unum addo, schol. v. 123 de ternis in terra et sub terra ἀναβιώσει cogitasse et idem fecisse videri Aristarchum. Quod si re vera arbitratus est, falsus fuit, cum secundum Pindarum ei qui in terra, deinde apud inferos ac tum rursus in terram revocati sincere et pure vixerint, summæ felicitatis in beatorum insulis participes fiant.

6.

Ol. II, 106, § 2 in Vrat. A inest: Λιὸς ἀρχῆ] τὸν δὲ. φησὶ (scil. Aristarchus ex Schneideri sententia), σύνδεσμον ἀντὶ τοῦ γὰρ δεῖ ἀκούειν (Schneider ἀκούοντα, fortasse ἀκούοντα οὔτω) καθιστάναι τὸν λόγον· ὁ γὰρ (Schneider ἐν γὰρ, Boeckh ὁ γὰρ ἐν, fort. τὰ γὰρ ἐν) τῇ τοῦ Λιὸς ἀρχῆ ἀλιτρού. λέγει γὰρ τοῦτο ὁ Πίνδαρος· ἐπεὶ οἱ ἐν τῷ ζῆν ἀμαρτάνοντες μετὰ τὸν θάνατον δίκας ὑπέχουσιν· οἱ δὲ καθ' ἑἶδον ἄδικοι τὰ μὲν (Schneider τῶν) κατὰ τὸν τοῦ ζῆν χωρισμὸν (Gerhard et Boeckh χρόνον) ὅταν ἀναβιώσωσιν ἐν μέρει πάλιν δίκας ὑπέχουσιν ἐν τῷ ζῆν τοῖς Ὀλυμπίοις θεοῖς κτέ.

Difficultatibus quas hoc scholion præbet expediendis neque Boeckh neque Schneider pares fuerunt neque equidem par sum. Cum enim initio δέ particulam pro γὰρ capiendam esse expositum sit, tamen in paraphrasi applicata δέ vocula retinetur. Deinde verba ne inde ab οἱ δὲ καθ' ἑἶδον ἄδικοι quidem sana esse possunt. Erat cum pro ἄδικοι τὰ μὲν conicerem ἄδικοι γερόμενοι, sed postea et ipse quod parum mihi placebat, eam emendationem abieci.

Tantum constat, si totum scholion ab uno grammatico profectum est, eum non Aristarchum fuisse quippe qui verba

ὅτι θανόντων μὲν ἐνθάδ' ἀντίκ' ἀπάλαμνοι φρένες ποιναὶς ἔτισαν

de mortuorum poena in terra exsolvenda intellexerit, cum hoc scholion ad eos, qui in hac vita culpam in se contulerint referat.

7.

Ol. II, 113, § 2 χερὸς δὲ ἀκμῆ] ἀντὶ τοῦ χαλκῷ νῦν (sic Ambros. et Vrat. A. Boeckh male ἀντὶ τοῦ καρπῷ τῷ ἐπὶ τῆς χειρὸς νῦν)· καθὼ καὶ Ἀρίσταρχος. ἔτιοι δὲ χερὸς ἀκμῆ ἀντὶ τοῦ τῆ ἀκμῆ (sic recte Schneider pro ἀκμῆ quod cod.

habet. Boeckh male ἀλαῖ edidit. οἱ ἀλληγορικῶς ἀκούουσιν. οὐ χθόνα ταράσσοντες (sic bene Schneider pro γὰρ) οἶον οὐ πολεμοῦντες κατὰ τὴν γῆν. οὐδὲ πόντιον ὕδωρ, οἶον οὐδὲ στόλους κατ' ἀλλήλων ἐπάγοντες. κενεὰν δὲ παρὰ δίαιταν, παρὰ τὰ κενεὰ αὐτῶν κριματά. ἄμεινον δὲ Ἀρίσταρχος παρὰ τὰ μὴ πλήρη τὰ τῆς διαγωγῆς ἐκεῖ, οἶον εἴ τις λέγει· μὴ ἐργαζόμενος οὔτε κατὰ γῆν οὔτε κατὰ θάλατταν δι' ἔνδειαν. Primum in scholiastarum explicationibus et in lemmatis ut ad hunc versum sic etiam ad sequentem nihil aliud nisi *χερός ἀκιῆ* perhiberi, ut de hac tanquam etiam Alexandrinorum scriptura abunde constet affirmandum est. Iam tres horum verborum interpretationes scholia vetera porrigunt: unam Aristarchi *ταράσσοντες ἐν χερός ἀκιῆ* intelligentis 'aratro (*χαλκῶ*) subvertentes' qua in re tametsi ἐν χερός ἀκιῆ voce *χαλκῶ* circumscribi mireris, tamen nihil mutare licet; alteram eorum qui ἀλληγορικῶς ad bellicas expeditiones referunt. Accedit tertia recentior schol. v. 114, § 2 prolata: οὐκ ἀροῦντες οὐδὲ σκάπτοντες τῇ ἀκμαζούσῃ χειρὶ τῶν νέων καὶ δυναμένων ἐργάζεσθαι.¹⁾ Ac versus allegorice non esse accipiendos statim intelligitur. Sed ne Aristarchi quidem aut tertia explicatio meo arbitrio recto talo stant. Mihi enim Mommsen eis, quae l. c. p. 27 disputavit, ἐν praepositioni hic locum non esse persuasit. Qua de causa ad coniecturam confugiendum esse censeo. Et arridet mihi quod Bergk proposuit, *ἐργχεος ἀκιῆ*, licet M. Schmidt²⁾ id Sophocli quam Pindaro convenientius esse monuerit.

8.

Ol. II, 140 schol. Ambros. et Vrat A. haec habent: πόσις] ὁ μὲν Ἀρίσταρχος πόσιος γράφει ὁ πάντων καὶ τὸν Δία ἀκούει συμπότην εἶναι τοῦ Ῥαδαμάνθου· ὁ δὲ Δίδυμος ἐπὶ τοῦ Κρόνου καθιστᾷ τὸν Κρόνον ὀνομάσας πατῆρ πάντων ὁ Κρόνος. ἔτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον, πόσις ὢν Ῥέας, παῖς δὲ τῆς ὕπατον ἐχούσης θρόνον (Ambros. χρόνον compendio scriptum). τῆς Πίσσης γὰρ τῶν Τιτάνων ὁ θρόνος (Ambros. rursus χρόνος, omisso articulo), οἱ Γῆς εἰσιν υἱοί. θρόνον δὲ αὐτοῦ μέγιστον εἰληφέναι ὡς πάντα φέρουσαν καὶ τοῦ κόσμου

1) Quae enim praeterea apud Boeckhium initio schol. v. 114 leguntur, ex Vat. et Vrat. D sumpta et perverse a Boeckhio in Aristarchi sententiam inculcata: τῶ καρπῶ τῶ ἐπὶ (Vrat. D ἀπὸ) τῆς χειρὸς cum Mommsenio ut ex *χαλκῶ τῶ ἐπὶ τῆς χειρὸς* corrupta praetermittenda sunt. — 2) In diatribe de Pindari locis nonnullis controversis p. CXXI, libro qui inscribitur 'Pindars Olympische Siegesgesänge' inserta.

νομιζομένην εἶναι θεῶν τροφόν· ὡς καὶ ὁ ποιητής· *ξειδωρον ἄρουραν. ἐνιοι πόσιν ἤκουσαν τὸν συμπότην.* Quae Gerhard et Boeckh de hoc scholio protulerunt, non iam satisfacere possunt. Praeterea etiam Hartung incautius Alexandrinos ὃν πατήρ ἔχει Ῥέας ἔτοιμον αὐτῷ παρέδρον πόσις, ὁ παῖς ὢν Γαίας legisse et πατήρ vocem partim ad Iovem partim ad Saturnum retulisse putat. Nam Iovem neque filium Telluris neque Rheae maritum esse etiam Alexandrini noverunt. Nec vero magis probari potest Lehrsii¹⁾ emendatio, qui scribit: ὁ μὲν Ἀρίσταρχος Διὸς γράφει καὶ τοῦ Διὸς ἀκούει συμπότην εἶναι τὸν Ῥαδάμανθυν et sic Aristarchum verba intellexisse vult: 'Den Rhadamanthys, den der Vater Kronos hat, des Zens ihm zu Gebote stehenden Gesellen.' Nam ea de causa in scholio Didymi sententia Aristarcheae opponitur quod ex Aristarchi ratione verba ad Iovem, ex Didymea autem ad Saturnum spectant.²⁾ Bergkio indice (in ed. 4) Aristarchus locum ita constituit:

ὃν πατήρ ἔχει μέγας ἔτοιμον αὐτῷ παρέδρον,
πόσις ὁ πάντων, Ῥέας ὕπατον ἐχοίσας· παῖς θρόνον.

Pro ἀπάντων enim eum ὁ πάντων e coniectura scripsisse, deinde non πόσις legisse, sed πόσις, quam vocem eum non interpretatum esse συμπότην, sed πόσιν idem esse atque dominum grammaticum clarissimum vidisse; itaque olim additum fuisse καὶ τὸν πόσιν συμπότην quae verba nunc intercepta esse. μέγας vero fortasse Aristarchum emendavisse, cum Γῆς lectio cum ea interpretatione conciliari non potuisset. Sed recte M. Schmidt eam sententiam repudiat. Namque ultra Bergk progreditur cum Aristarchum πόσις vocem δεσπότης voce circumscripsisse et ut alios πόσις legisse a scholiorum traditione plane dissentiens coniectat. Qua de causa M. Schmidt³⁾ rem aliter instituit. Gemina enim scholii ad hunc versum compositi species haec ei videtur esse: ὃν πατήρ ἔχει . . . πόσις] ὁ μὲν Ἀρίσταρχος 'πόσιος' γράφει καὶ τὸν Δία ἀκούει συμπότην εἶναι τοῦ Ῥαδαμάνθυνος· ὁ δὲ Δίδυμος ἐπὶ τοῦ Κρόνον καθιστᾷ τὸν λόγον, τὸν Κρόνον οὐκ ὀνομάσας. Ὁ δὲ νοῦς· ὅτινα τὸν Ῥαδάμανθυν ὁ πατήρ πάντων ὁ Κρόνος, ὁ τῆς Γῆς παῖς, ὁ ἀνὴρ τῆς τὸν ὕπατον ἐχούσης θρόνον Ῥέας ἔτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει παρέδρον. ἢ οὕτως πόσις ὢν Ῥέας, παῖς δὲ τῆς ὕπατον ἐχούσης

1) In libro qui inscribitur 'Die Pindarscholien' p. 10 sqq. — 2) Cfr. M. Schmidtium in indice scholarum aestivalium in universitate litterarum Ienensi 1879 habendarum p. 13. — 3) In indice lectionum modo laudatō.

θρόνον, τῆς Γῆς· εἰς γὰρ τῶν Τιτάνων ο Κρόνος, οὐ Γῆς εἶσιν υἱοί. θρόνον δὲ αὐτὴν μέγιστον εἰληφέναι ὡς πάντα φέρουσαν καὶ τοῦ κόσμου νομιζομένην εἶναι καὶ θεῶν τροφὸν, ὡς καὶ ὁ ποιητής· ξειδωρον ἄρουραν. Cum igitur veterum lectio codicibus tradita cum posteriore paraphrasi sic tantum concinat, ut metrico vitio παῖς admisso commate incidatur post Ῥέας, ut vero cum priore simul congruat nullo modo effici possit, ex ipso scholio quid legerint eliciendum esse professus priori paraphrasi hanc lectionem assignat:

πόσις, ὁ Γᾶς παῖς, Ῥέας ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.

posteriori autem:

πόσις ὁ Ῥέας, παῖς δ' ὁ Γᾶς (vel τᾶς) ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.

Iam Aristarchum cum eum a ceterorum editorum scriptura non longius recessisse ex scholiis colligatur, videri commendasse:

πόσις ᾶς, παῖς Ῥέας (vel ὁ τᾶς) ὑπέρτατον ἐχοίσας θρόνον.

Versu autem antecedente pro codicum lectione Γᾶς substituendum esse πέλας. Sed ne hoc quidem probare possum, quamquam ingeniose excogitatum esse negari non potest. Obversatur enim id Schmidti sententiae quod si Alexandrinorum temporibus ea lectio in libris promulgata fuisset, certe in codicibus aliqua vestigia remansissent. At videntur eadem fere legisse atque quae in codicibus exstant. Praeterea Gerhardo fretus secundum quem non ex scholiorum eo codice quem librarius sequebatur, sed ex alio πόσις vox tamquam novum lemma appicta est, non recte paraphrasin quae inde a verbis πόσις ὦν Ῥέας porrigatur alii grammatico debere putat. Nam quemadmodum Mommsen¹⁾ asseveravit, Vrat. A apographum Ambrosiani est.²⁾ Cum igitur Mommsen totum scholion quod ex Ambrosiano praebet, uno tenore perhibeat neque quidem quod Gerhardi sententiae subveniat adnotet, re vera in eo codice unum esse concludo. Quae cum ita sint Bergkii Didymaeae sententiae emendationem praefero. Is enim in hunc modum restituit: ὁ δὲ Δίδυμος· ἐπὶ τοῦ Κρόνον καθιστᾶ τὸν λόγον, τὸν Κρόνον οὐκ ὀνομάσας· πατὴρ πάντων ὁ Κρόνος ἔτοιμον καὶ ἀχώριστον ἔχει πάρεδρον, πόσις ὦν Ῥέας, παῖς δὲ κτέ

1) Praef. ed. p. XII not. 2. — 2) Cfr. tamen etiam Bergkium in Jahnni annalibus 1878 p. 38.

sic fere ut M. Schmidt. Sane verba sic vehementer contorquentur, id quod etiam Bergk bene sensit, sed probabiliora nemo adhuc elicit. 1)

Aristarchus autem ex mea sententia id scripsit quod iam Bergk in ed. 2 opinatus est:

ὄν πατήρ ἔχει πάρεδρον
πόσιος ὁ πάντων Ῥέας ὕπατον ἐχοίσας παῖς θρόνον.

Nam eum παῖς vocem numeris pugnare non perspexisse ex ea re verisimile duco, quod scholia rec. denum metro succurrunt. Simili modo a recta via aberravit cum Iovem Rhadamanthi combibonem dici ratus πόσιος scriberet et verborum structuram duriolem et sensum a poetae mente plane abhorrentem inveheret. Etenim tametsi germana horum versuum scriptura adhuc nondum restituta videtur esse, tamen altero versu de nullo alio nisi de Saturno mentionem adhiberi perspicitur.

9.

Mommsen adn. crit. suppl. ad Ol. II, 85 (152) schol. Ambros. exstare ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτω διαγρα tradit et monet ne quis propter lemma Ambrosianum Φωνάντ' ἀσυνέτοισιν eam vocabulorum divisionem Aristarcho deberi credat. Nam scholiastam aut vulgatam divisionem φωνάεντα συνέτοισιν Aristarcheam esse iudicare aut διαγράφει accipere pro 'perscribit', non pro 'dividit'. Schol. enim non de ea re sed de ἐς τὸ πᾶν agentem ad Aristarchum interpretationem 'in vulgus' relegare, cum alii interpretentur 'ad perfectam harum rerum quas tracto intelligentiam'. Boeckhium recte cum Aristarcho facere. Ad quae non habeo quod addam.

10.

Ol. II, 177 Ἀρίσταρχος χωρὶς τοῦ τ γράφει κρύφον καὶ ἀποδίδωσι κρύψιν. ὁ κόρος κρύψιν θέλων καὶ ἀφανισμὸν θείναι τοῖς τῶν ἐσθλῶν καλοῖς. καὶ ἡ ἀντίστροφος δὲ οὕτως ἀπαιτεῖ. Eadem omisso Aristarchi nomine schol. § 2 ex alia recensione sic tradit: ἡ λέξις ἐνίοις λέγεται χωρὶς τοῦ τ ἀρσενικῶς· ὁ δὲ βούλεται λέγειν, ἐστὶ τοιοῦτον· τοῖς τῶν καλῶν ἀνδρῶν ἀγαθοῖς ἔργοις ἀφανισμὸν θέλων κατασκευάσαι. Ac pari modo ex Aristarchi sententia disputata sunt haec in schol. v. 173,

1) Cfr. Pyth. III, 18 sq. ubi pariter contorte vulgatae verba scholiasta constituit: ὑπὸ χροσέοις τόξοις ἐν θαλάμῳ δαμείσα εἰς Ἄϊδαο δόμον κατέβα τέχνηαι Ἀπόλλωνος et Nem. VII, 47, de quo loco infra agemus.

§ 6 ὁ γὰρ κόρος τῶν ἀνθρώπων τῶν ἀργῶν (scr. μάργων cum Bergkio) τῶν θορυβῆσαι θελούντων ἐπέβη τῷ τοῦ Θήρωνος ἐπαίνῳ, κρύψιν θέλων θεῖναι τοῖς τῶν ἀγαθῶν ἔργοις. Scripsit igitur Aristarchus κρύφον pro κρύφιον quod a metro abhorrebat. Idem videtur τέ particulam agnovisse.¹⁾ Nam tametsi paraphrases eius sententiam explicantes generaliores sunt quam ut eum huius versus duō membra statuisse colligi possit, tamen ut ex scholiis concludere licet a vulgata τέ exhibente non longinquius recessit. Praeterea correxit ἐσθλῶν καλοῖς ἔργοις, ubi ante eum ἐσθλὸν κακοῖς ἔργοις fuit. At miro modo evenit, ut eius emendatio, vulgata longe exquisitor, prae ea tamen obscuraretur, si quidem omnes fere codices praeter novicios aliquos κρύφιον et ἐσλόν sive ἐσθλὸν καλοῖς porrigunt. Aristarchus autem quamvis aliqua menda bene sustulerit, genuinam scripturam loci nondum restitutam habemus. Nam recte Hartung et post eum Bergk haesitant, in verbis τὸ λαλαγήσαι θέλων misere a Graeci sermonis usu abhorrentibus. Et placuit mihi Hartungii emendatio qui Pindarum scripsisse censet:

ἀλλὰ μάργων γὰρ ἀνδρῶν
τὸ λαλαγήσαι θέλειν κρύφον τιθέμεν ἐσλῶν καλοῖς
ἔργοις,

donec M. Schmidt aliam coniecturam mecum communicavit. Vult enim pro λαλαγήσαι scribere λαλαγαῖσιν, ut haec evincatur sententia: 'Insanorum hominum est perpetuis hariolationibus obscurationem facere honestis honorum operibus'.

11.

Ol. III, inser. ζητεῖται δὲ, διατὶ μὴ Διὶ μᾶλλον [οὔτος] ἠὔξατο, ᾧ οὔτος ὁ ἀγὼν ἀνάκειται, ἢ Ἡρακλεῖ τῷ καταβολεῖ, ἀλλὰ Διοσκούροις; φαμὲν οὖν ὁ δὲ Ἀρίσταρχός φησι παρὰ τοῖς Ἀκραγαντίνοις διὰ τιμῆς εἶναι τοὺς Διοσκόρους καὶ πατρίῳ ἔθει καὶ νῦν αὐτοὺς χρῆσθαι· ὁ δὲ Δίδυμος ἱστορικώτερον λέγει καὶ φησι, διὰ τὸν Θήρωνα ἄνωθεν Ἀργεῖον εἶναι. τιμῶνται δὲ κατὰ τὸ Ἄργος καὶ τὴν Πελοπόννησον οἱ Διόσκουροι. § 3 eadem ex alia redactione refert. Ibi enim est ζητεῖται, τί δήποτε ὁ Πίνδαρος Ὀλυμπιακὸν ἕμνον γράφων εὔχεται τοῖς Διοσκούροις προσηγεῖς τῇ ᾧδῃ γενέσθαι· ἐχρῆν γὰρ ἄρα Ἡρακλέα τὸν διαθέντα τὸν ἀγῶνα κατακαλεῖσθαι. Ἀρίσταρχος μὲν οὖν τὴν ἀπορίαν διαλύων τοὺς θεοὺς τούτους

1) Secus M. Schmidt iudicavit in diatribe p. CXLl sq.

σφόδρα ἐν Ἀκρίγαντι φησὶ τιμᾶσθαι . . . τῇ Ἀρισταρχείῳ ἀποδόσει ὁ Δίδυμος μᾶλλον προστίθεται. Quae his scholiis Aristarchus et Didymus de Dioscurorum Agrigenti cultu nobis tradunt, bene se habent, sed talia eorum deorum in hoc poemate mentioni expediendae non sufficiunt. Nam versibus inde a 35 ea ratione iterum commemorantur, ut quin alia causa permotus eos in hoc carmine celebraverit nulla relinquatur dubitatio. Atque ipsa scholia quae via ingredienda videatur esse praemonstrant. Aperte quidem errant scholia § 1 et § 2 narrantia Theroni cum Dioscurorum solemnibus sacrificia eis perpetraret nuntium victoriae Olympicae allatum esse atque magis etiam schol. § 3, quod eum ipsis theoxeniorum temporibus vicisse profitetur, sed verum vidit idem schol. inscr. § 1, iam schol. v. 1. 7. 8, quae Pindarum εἰς θεοξένια γράφειν contendunt, quemadmodum etiam codices carmini inscribunt εἰς θεοξένια. Sic qua de causa poeta a Dioscurorum imploratione carmen incipiat et quid spectans Emmenidas plurimis lectisterniis eos colere dicat intellegitur. Non enim audiendus est Hartung, qui ut in Dioscurorum solemnibus quae ξενισμός appellarentur, non in θεοξενίοις caneretur a Pindaro carmen conditum esse vult. Nam bene Dioscuri eo festo, quo dum vivebant, deos convivio acceperunt, post mortem et ipsi coli potuerunt, etiam retento eo more quo semper eis festis diebus reliquos deos apparatus epulis invitarent.¹⁾ Quae vero profert, ut ξενισμός nominis originem explanet, fabulae sunt. Neque multum valent quae L. Schmidt contra hanc sententiam a nobis defensam dixit. Nam Pindarus in fabula eligenda Dioscurorum solemnium rationem habere non debuit propterea quod non ipsum illud festum canebat sed Theronis victoriam Olympicam illo festo celebratam. Quas ad res adventicias fabulas adaptare non solet. Praeterea non video causam, cur poeta non carmen sic in Siciliam mittere potuerit, ut Dioscurorum solemnibus Thero haberet et ipso illo festo a choro caneretur. Neque aut Heimsoeth²⁾ aut L. Schmidt Boeckhii v. 36 explicationem evertisse videntur.

12.

Ol. III, 41, § 2 sq. κατὰ τοῦ Κρονίου Πέλοπος βήσας. §. Ἀρίσταρχος· χῶρος ὁ ἐν Κρονίου βήσας Πέλοπος. λόγος δέ

1) Cfr. etiam Ohlertum in dissertatione de heroologia Pindarica Regimonti Pr. 1870 p. 23. — 2) In libro cui inscripsit 'Addenda et corrigenda in commentariis Pindari' p. 11.

ἔστιν ἐν Ὀλυμπίᾳ ὁ καλούμενος Κρόνιος. τινὲς δὲ Κρονίου Πέλοπος, ὅτι Πλουτῶ θυγάτηρ Κρόνου ἐγένετο, ἧ συγκοιμηθεὶς ὁ Τάνταλος ἔσχε Πέλοπα.

Sic Boeckh ex Vrat. A, ubi verba usque ad λόφος δέ ἔστιν sine ulla interpunctione proponuntur, recte edidit atque ea quidem ratiocinatione usus, quod interpretatio verbis κατὰ τοῦ Κρονίου Πέλοπος βήσας enarrata post Aristarchi sententiam redintegratur. Aristarchi explicatio praetermisso eius nomine in schol. § 1 ut simplicior laudatur: ἢ ἀπλούστερον οὕτως· ὅτι ὁ χῶρος τοῦ Πέλοπος ὁ ἐν ταῖς βήσασιν τοῦ Κρονίου οὐδέπω εἶχε τὸ φυτόν. Κρόνιον δὲ ὄρος πλησίον. Duae igitur sibi obstant interpretationes quarum altera est: 'ager in saltibus Cronii Pelopis', altera Aristarchea 'ager Pelopis in Cronii collis saltibus'. Ad quas tertia Hartungii recens accessit qui et Κρονίου et Πέλοπος genitivos, utrosque tamen per se a βάσσαις pendere ratus sic vertit 'Doch sprosst dem Kronischen Pelopsthal kein Baum als Zierde der nackigen Flur'. Aristarchus et Hartung durius verba construunt, quam ut sequendi videantur, qua de causa potius alterius scholiastae explicationem amplector licet Pelops ibi Saturni nepos atque adeo in schol. § 1 pronepos exhibeatur. Neque enim Hermann¹⁾ pro Πέλοπος Κρονίου Pindarum dicturum fuisse Πέλοπος Κρονίδα merito contendit. Cfr. Ol. II, 13 Κρόνιε παῖ Πέας et Ol. VI, 29 Ποσειδάωνι μυχθεῖσα Κρονίῳ.

13.

Ol. III, 46, § 2 Εἰς τὴν Σκυθίαν ὁ θυμὸς αὐτὸν παρώρμησεν. Ἀρίσταρχος· εἰς τὴν γῆν ἔλθειν, ὅπου αὐτὸν ἡ Ἰστρία Ἄρτεμις ὑπεδέξατο. δημοῖ δὲ πάλιν τὴν εἰς Ὑπερβορέους ἐπὶ τὰς τοῦ Ἰστρου πηγὰς ἀφίξιν· ἐκεῖ γὰρ τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις ὅτι μάλιστα ὑπὸ Ταύρων τοῦ Σκυθικοῦ ἔθνους. ἐνιοὶ δὲ καὶ β' ἄν γραφουσί καὶ τὸν λόγον ἀπενθύνουσιν οὕτω· τότε δὴ ὁ θυμὸς παρώρμησε τὸν Ἡρακλέα ἐπὶ τὴν Ἰστρίαν γῆν πορεύεσθαι. Quibuscum conferenda sunt haec § 1: Ἰστρίαν νιν] ἐὰν διὰ τῶν δύο ἄν Ἰστρίαν νιν, τὴν Σκυθίαν ἀκουστέον, ἐὰν δὲ διὰ τοῦ ἐνός, ἡ Ἰστρία Ἄρτεμις αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα ὑπεδέξατο. Ἰστρία δὲ ἡ Ἄρτεμις ἦτοι ἀπὸ τοῦ Ἰστρου, ὃν περιοικοῦσιν αἱ Ἀμάζονες, αἱ τιμῶσι μάλιστα τὴν θεὸν ἢ ἀπὸ Ταύρων ἔθνους Σκυθικοῦ, περιοικοῦντος τὸν

1) Opuscc. VI, p. 64.

Ἴστρον, παρ' οἷς ὁμοίως τιμᾶται ἢ Ἀρτεμῖς. τοὺς δὲ ἀναγνώσκειν Ἴστριανήν, ἢ τὴν Ἴστριανήν γῆν.

Aristarchus igitur, ut videtur ex coniectura, edidit Ἴστροία νιν et ante Ἴστροία plenius interpunxit. Utrum ὄρμα legerit quemadmodum Mommsen censet aut ὄρμαιν' id quod Bergk existimat, ex eius paraphrasi cernere non licet. Sed certe Hartung errat qui βορείαν pro πορεύειν voce ei vindicat, quandoquidem ex ἐλθεῖν vocabulo in eius verborum circumscriptione eum vulgatam secutum esse extra dubitationem ponitur. Aristarchi lectionem autem falsam esse iam Mommsen et Bergk idoneis argumentis probaverunt. Debat enim Pindarus eam terram ad quam Hercules sese conferebat perspicue significare. Iam minus placet inusitatum cognomen Dianae ex Aristarchi ratione inditum, ut enuntiatum in fine antistrophes editum etiam in epodum pertrahere Pindaricum esse omittam. Praeterea etiam hoc commemorandum videtur esse Aristarchum aut eius sectatorem Istriae cognominis originem non bene explicare. Tauri enim non Danubii ripas accolunt, sed in Taurica Chersoneso habitant et Amazones tametsi in univsum litora Ponto Euxino adiacentia incolunt, tamen in Paphlagonia ad Thermodontem fluvium potissimum sedem habent.¹⁾ Postquam igitur Aristarchi coniecturam repudiandam esse docuimus, restat ut quae nobis videatur germana scriptura esse explanemus. Ac ne mea quidem sententia πορεύειν verbum pro πορεύεσθαι accipi potest, sed bene placet M. Schmidtii coniectura, quam in indice lect. supra citato p. 8 proposuit. Disiungit enim archetypi scripturam continuam ΠΟΡΕΥΕΝΘΡΜΟΣΟΡΜΑ hoc modo: πόρεν' ἐνθνμος ὄρμά ut hic sensus sit: 'Incitabat eum animi impetus²⁾, ut in Istriam proficisceretur'.

14.

Ol. III, 66, § 2 Ἀρίσταρχος παρὰ τὴν ῥίψιν φησὶ γεγονέναι τὸ ῥίμφαρχιάτου σημαίνει δὲ ἢ λέξις τὴν ταχῆαν φοράν. Lehrs³⁾ talia Aristarcho assignari non posse recte monuit. Sed falso ex his verbis elucere lectionem ῥίψαρχιάτου exstitisse dicit. Ut enim Bergk⁴⁾ probabiliter exposuit, scholiasta hic Aristarchi de ῥίμφα adverbii vi et origine decretum exposuit et librarius quidam postea in errorem abreptus ῥίμφαρχιάτου scripsit.

1) Cfr. Boeckhii notam ad h. schol. — 2) Sic enim tum ἐνθνμος vox interpretanda erit. — 3) L. c. p. 9. — 4) In Jahniū annal. 1878 p. 41 sq. et in ed. 4.

Ac laudat Bergk bene Et. M. 704, 18: ῥίμφα σημαίνει τὸ ταχέως, παρὰ τὸ ῥίπτειν ἑαυτὸν διὰ τάχος· ὡς παρὰ τὸ κρύπτειν κρύφα, οὕτω παρὰ τὸ ῥίπτειν ῥίφα καὶ πλεονασμῶ τοῦ μ ῥίμφα.

15.

Ol. V, 1, § 1 med. Ἀρίσταρχος δὲ ἀκούει Ὁκεανοῦ θυγατέρα Καμάριναν τὴν λίμνην, ἀφ' ἧς καὶ τὴν πόλιν ὠνομάσθαι. Ἀρτέμων δὲ πρὸς τὴν Ἀρθέθουσαν τὸν λόγον εἶναί φησιν· αὕτη δὲ ἐν Συρακούσαις κρήνη, ὑποτίτακται δὲ ἡ Καμάρινα ταῖς Συρακούσαις. ἔχει δὲ ἡ Ἀρθέθουσα καὶ πᾶσα κρήνη τὰς πηγὰς ἀπὸ Ὁκεανοῦ. βέλτιον δὲ ὡς Ἀρίσταρχος. Artemonem Pergamenum Aristarcho hoc loco iniuria obloqui facile perspicitur; Camarina ut lacus nympa hic Ὁκεανοῦ θυγάτηρ appellatur. Mommsenii adnotationem ad v. 4 si recte intellego, Aristarchus Καμάρινα ei scripsisse videtur. Quod meo arbitrio nimis audacter conicit. Nam ut nullum in scholiis testimonium perhibetur, quo Καμάρινα lectio sola metro satisfaciens iam Alexandrinorum temporibus exstitisse colligatur, sic Aristarchi sententia etiam retento accusativo v. 4 stare potest.

16.

Ol. V, 20, § 2 med. Καὶ ὁ μὲν Ἀρίσταρχος βούλεται οὕτω, θαλάμων κατασκευὰς τὸν Ἰππαριν τῇ Καμαρίνῃ παρέχειν. φησὶ γὰρ, ὅτι διὰ μέσης ἕρων τῆς Καμαρίνης τῇ πλημμυρία ἀναπλάσσει γῆν, ἀφ' ἧς πλινθεύοντες οἱ Καμαριναῖοι οἰκοδομοῦσι τὰς οἰκίας· προσπλάσσει δὲ γῆν, ὡς ὁ Ἀχελῷος ταῖς Ἐχινάσι καὶ ὁ Νεῖλος τῇ Αἰγύπτῳ. ὁ δὲ Δίδυμος οὐ τοῦτο βούλεται· οὐ γὰρ φησι τοσοῦτον πλημμυρεῖν, ὡς δύνασθαι τῇ νεωστὶ κατασκευασθεισῇ πόλει τοσοῦτον παρᾶσχειν πηλὸν πρὸς πλινθοποιῶν, ἀλλὰ τοῦτο φησιν, ὅτι ὁ ποταμὸς διὰ μέσης τῆς ὕλης ῥεῖ, εἴτα κοπτόντων τῶν Καμαριναίων τὰ ξύλα εἰς κατασκευὴν τῶν οἰκημάτων, ἀμυχανούντων δὲ πρὸς τὴν καταγωγὴν, ὑποδέχεσθαι καὶ τῷ πολλῷ ῥέυματι κατάγειν εἰς τὴν πόλιν. § 3 Ἀρίσταρχος παρίεναι φησὶ τὸν Ἰππαριν τὴν πόλιν καὶ προσχέοντα συναναπλάσσειν αὐτῇ γῆν. τοῦτο δὲ φησιν ὁ Δίδυμος ἀμάρτυρον εἶναι· οὐ γὰρ ἱστορεῖται περὶ τὸν Ἰππαριν καὶ τὴν Καμάριναν τοῦτο γενόμενον. βέλτιον οὖν οὕτω τινές· ἐπειδὴ ἐξ ὑπογυίου συνώκισται ἡ Καμάρινα, καθὰ καὶ νέοικον αὐτὴν προσηγόρευσεν, γειτιῶ δὲ Ἰππαρις αὐτῇ, κατὰ τοῦτο φάναι ἐπὶ τοῦ συνοικισμοῦ κολλᾶσθαι ὑπ' αὐτοῦ σταδίων

θαλάμων ὑψίπυργον (scr. cum Boeckhio ὑψίγυιον) ἄλσος· ἐπεὶ τὰ ἐπιτήδεια πρὸς τὴν οἰκοδομὴν διὰ τοῦ κατάπλου προσεκομίζετο, ὥστε ποιεῖν σταδίους θαλάμους. Praeterea etiam schol. v. 29, § 1 haec verba Aristarchum sequuntur: εὖ ἔστῶτων, ἐδραίων, ὅτι προσχώννυσι καὶ προστίθησί τινα τῇ πόλει γῆν· κολλᾶ γοῦν, ἀντὶ τοῦ προσαναπλάσσει. Iam § 2 haec habet: Ἀρίσταρχός φησιν ἰλὸν καταφέρειν τὸν Ἴππαριν ὡς καὶ τὸν Νεῖλον, ἐκ δὲ τῆς ἰλῦος κατασκευάζεσθαι φησιν ἄλση· κυρίως γὰρ ἀκούεσθαι τὰ ἄλση. οὐκ ἔστι δὲ, ἀλλ' ὑψίγυια ἄλση τοὺς οἴκους φησί, παρὰ τὸ ἐστάναι ὡς τὰ ἄλση. ἄλσος δὲ θαλάμων, τὸ πλῆθος τῶν οἴκων, τουτέστιν αὐτὴν τὴν πόλιν ὡς εἰ ἔλεγε δένδρων ἄλσος κτέ. In sequentibus deinde quae Aristarcheae explanationis censor schol. v. 20, § 3 docuit paullo mutata repetuntur.

Aristarcho igitur hic poeta de Hippari alluente limum ex quo Camarinaei urbem suam extruxissent verba facere visus est. Qua de causa ἄλσος vocem κυρίως dictam esse professus de ipsa terra a flumine aggesta accepit.¹⁾ Ex Didymi autem ratione Hipparis e saltuosa regione profluens ligna caesa secum abstulit, ut sic potius urbis celeriter efflorentis auctor habendus sit. Utramque vero hanc explicationem horum temporum viri docti ut Hermann²⁾, Bergk, Hartung, Rauchenstein³⁾ improbaverunt et praeter Hermannum pro κολλᾶ τε commendaverunt κολλᾶ δέ. Sed ad eam sententiam accedere nequeo. Nam et minus apte ex ea ratione αἰεῖδει et κολλᾶ verba sibi opponuntur et unum Psauim, civem, non tyrannum Camarinaeorum urbem ex inopia in claritatem evexisse superbius enuntiatum mihi videtur. Equidem cum Boeckhio Leutschio aliis ad nullum alium nisi ad Hippariu ea verba spectare arbitror. Neque tamen Aristarcho plaudo, sed multo praeclariorem Didymi explicationem duco. Nam non solum per se ἄλσος significatione

1) Non igitur praeceptorum meminit quae promulgavit ad II, Δ, 487 ἢ διπλῆ, ὅτι τὴν αἰτίαν ἐν ἄλλοις παραδίδωσι, δι' ἣν παρὰ ταῖς τῶν ποταμῶν ἀναβολαῖς τίθεται τὰ δρυτοτομούμενα ξύλα·

Ὡς δ' ὁπότε πλῆθων ποταμὸς πεδίον δὲ κάτεισι
Χειμάρῳ κατ' ὄρεσφιν, ὀπαζόμενος Διὸς ὄμβρω,
Πόλλας δὲ δρυὸς ἀζαλέας πολλὰς δέ τε πεύκας

τούτου χάριν ἵνα κατέγεται ὑπὸ τοῦ θεύματος. Et Δ, 494 ἢ διπλῆ πρὸς τὸ σημαίνουμενον, πότερον ὅτι φυλλοροεῖ καὶ κατὰ ταύτην τὴν ὄραν ξηρανόμενα τὰ δένδρα ἐκ ριζῶν ἀναβάλλεται ἐκ τῶν χειμάρῳ, ἢ ὅτι οἱ δρυτόμοι εἰς τοὺς ποταμοὺς ἐμβάλλουσι κόπτοντες, ἵνα ἐπὶ τοῦ καιροῦ συγκαταφέρονται τῷ θεύματι (sic Friedlaender, cod. ὄμβρω) ὃ καὶ ὑγιές. —

2) Orusce. VIII, p. 100 sq. — 3) In Jahnii annal. 1858 p. 358.

'terra flumine alluta' frigeret, verum etiam ὑψίγειον epitheton et attributum σταδίων θαλάμων probandam esse interpretationem Aristarchi censoris quem hoc quoque loco Didymum fuisse conicias evincunt. Didymi sententiae Libanius quoque ed. Morell. II, p. 386 a Boeckhio citatus sese applicavit.

17.

Ol. V, 54, § 2 ὑγιέντα] . . . ὁ μὲν Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει ὀξύτονον τὴν παραλήγουσαν, ἀντὶ τοῦ ὑγαίνοντα· τινὲς δὲ ὡς χαρίεντα. Sed ut ab Aristarcho ὑγιέντα tanquam participium vulgante veterum maxima pars recessit sic huius aetatis critici dissentiunt. Cfr. Choerob. in Theodos. can. ed. Gaisf. p. 203, 13 Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὅτι τὰ εἰς εἰς λήγοντα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόματα κοινολεκτούμενα βαρύνεσθαι θέλουσιν, οἷον χαρίεις, τιμήεις, δαφνήεις, αἰδήεις. πρόσκειται ὀνόματα πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν μετοχῶν, αἱ γὰρ μετοχαὶ ὀξύνεσθαι θέλουσιν, οἷον τυφθεῖς, δαρεῖς, νυγεῖς. p. 204, 22 Παραφυλαττόμεθα δὲ παρὰ τῷ Πινδάρῳ τὴν αἰτιατικὴν λεγομένην ὑγιέντα· ὡς ἀπὸ εὐθείας γὰρ ἐστὶ παραληγομένης οἷον τῷ ἰῶτα, ὡς ἀπὸ τοῦ ὑγίεις.

18.

Ol. VI, 23, § 4 Ἐπὶ δ' ἔπειτα πυρᾶν] τῶν διαβεβοημένων ἐστὶ καὶ τοῦτο, πῶς ἐπὶ φησι γενέσθαι πυρᾶς τῶν ἐπὶ ἐπιστρατευσάντων καὶ οὐ πάντων καέντων. Ἀμφιάρους μὲν κατεπόθη σὺν τοῖς ἵπποις ἐν Ὁρωπῷ, Πολυνείκης δὲ οὐκ ἐτάφη· ἄταφος γὰρ ἔμεινεν· Ἄδραστος δὲ ζῶν εἰς Ἄργος ἀπῆλθεν. καταλείπονται δ', Τυδεὺς, Καπανεὺς, Παρθενοπαῖος, Ἴππομέδων. ὁ μὲν οὖν Ἀρίσταρχος φησιν, ὅτι ἰδιάζει καὶ ἐν τούτοις ὁ Πίνδαρος, ὡς καὶ ἐν ἄλλοις, ὁ δὲ Ἀριστόδημος φησὶ τὰς ἐπὶ πυρᾶς εἶναι τῶν στρατιωτῶν τῶν ἀπολομένων. οὕτω καὶ Ἴππομέδων καὶ Ἀρμονίδης (Boeckh in secundo nomine Artemonem latere arbitrat, Bergk commendat Ἴππίας καὶ Ἀρμενίδας) γράφει. Similia, intercepta tantum Aristarchi sententia, ex alia recensione § 2 enarrantur. Praeterea etiam schol. Nem. IX, 53 in hanc Aristodemi sententiam disputat.

Vult igitur Aristarchus Pindarum peculiari in referenda ea fabula ratione usum de septem mortuorum ducum rogis sermonem facere. Qua in re dilucide falsus est. Non enim de septem ducum sed de septem exercitiuum qui septenas portas oppugnaverant cogitandum est, quemadmodum recte Aristodemus explicat.

19.

Ol. VI, 55, § 2 Δίδυμός φησιν, ὅτι πάντες οἱ ὑπομνηματισάμενοι Φαισάναν φασὶν εἶναι τῆς Ἀρκαδίας πόλιν· αὐτὸς δέ φησιν εἶναι τῆς Ἠλιαίας καὶ παρατίθεται Ἴστορον Ἰστοροῦντα ἐν τῇ πέμπτῃ τῶν Ἠλιακῶν. ἦτοι οὖν Πίνδαρος ψεύδεται, ἢ διὰ τὸ τὴν Πίσαν ὑπὸ τοῖς Ἀρκάσι ποτὲ γενέσθαι βασιλεύειν φησὶ τῆς Φαισάνης τὸν Αἰπυτον. Eadem habet § 1 ex alia recensione Ὅς ἀνδρῶν Ἀρκαδῶν ἄνασσε Φαισάνα] τὴν Φαισάναν πάντες μὲν οἱ ὑπομνηματισταὶ τῆς Ἀρκαδίας εἶναι πόλιν ἐξεδέξαντο. ὁ δὲ Δίδυμός φησι τῆς Ἠλιδος αὐτὴν εἶναι καὶ ὑπεραπολογεῖται τοῦ ῥητοῦ οὕτως. ὅτι ποτὲ οἱ Ἀρκαδες καὶ τῆς Ἠλιδος ἐβασίλευον κατὰ τὸν χρόνον τοῦ Αἰπύτου. οἱ δὲ βουλόμενοι τὴν Φαισάναν Ἀρκαδικὴν εἶναι τὸ περὶ Ἀλφειοῦ οὕτως ἐπιλύονται, ὅτι διὰ Φαισάνης ἔχει ὁ ποταμὸς τὰ ῥεύματα· φέρεται γὰρ ἐξ Ἀσέας κόμης Ἀρκαδικῆς· ἢ ὅτι αἱ πηγαὶ τοῦ Ἀλφειοῦ ἐξ Ἀσέας εἰσὶ τῆς Ἀρκαδικῆς καὶ ἀντιποιοῦνται αὐτοῦ οἱ Ἀρκαδες.

Hoc scholion in eorum numerum, quibus Aristarchus diserte appelletur, iure merito recipere nobis videmur, propterea quod Didymus Aristarchum πάντων τῶν ὑπομνηματισαμένων sive ὑπομνηματιστῶν numero dilucide complectitur. Dissentit igitur Didymus eatenus a prioribus commentatoribus quatenus Phaesanam non Arcadiae sed Elidis urbem esse contendit. De ea autem dissensione nobis diiudicare non licet. Nam Phaesanae urbis praeter hunc Pindari locum nusquam mentio fit. Fortasse Didymi temporibus Elidis finibus continebatur: tantum constat Pindaro Phaesanam urbem Arcadiae esse. Non male autem Boeckh eam haud procul a confiniis Elidis et Arcadiae abfuisse coniectura collegit. Sed ultra progredi mihi videtur cum Paus. VIII, 27, 3 παρὰ δὲ Αἰπυτῶν et VIII, 34, 3 γῆς . . . Αἰπυτίδος legendum esse suasisit pro scriptura vulgata παρὰ δὲ Αἰγυπῶν et γῆς . . . Αἰγυτίδος. Cfr. praeterea de hoc loco quae Boeckh p. 160 de Aegyto disputavit.

20.

Ol. VI, 152, § 2 Ἀρίσταρχος παρὰ τὸ λεγόμενον Ἐν Βοιωτίᾳ ὕς. Quae verba conferenti mihi cum § 1 Εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν ἔν] ὅτι διὰ τὴν ἀγροικίαν καὶ τὴν ἀναγωγίαν τοπαλαιὸν οἱ Βοιωτοὶ ὕς ἐκαλοῦντο, καθάπερ καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς

Λιθυράμβοις. Ἦν ὅτε σύας τὸ Βοιωτικὸν ἔθνος ἔλεγον. καὶ Κρατῖνος. (fr. CLIII p. 74 ed. min. com. Graec.)

Οὗτοι δ' εἰσὶν Συβοιωτοί, κρουπέξοφορον γένος ἀνδρῶν
 quae aperte signi alicuius critici explicatio sunt, suspicio suboritur
 utramque notam ex Aristarchi de verbis *εἰ φεύγομεν Βοιωτίαν*
ἔν praecepto profluxisse, modo alterum scholium admodum in
 arctum redactum esse. Idem praeceptum schol. recentior v. 148,
 § 1 amplificat. Ad rem ipsam non est quod addatur.

21.

Ol. VI, 158, § 2 *Ἀρίσταρχος* τοῖς κατὰ τὸν χρόνον εἰ-
 πεῖν, ἐπικελεύων τῶν τε Συρακουσῶν μεμνηῖσθαι καὶ τῆς Ὀρ-
 τυγίας· αὕτη δέ ἐστι προσεχῆς ταῖς Συρακούσαις νῆσος καὶ
 ἀχώματος. ὁ δὲ Δίδυμος διὰ τὸν Ἰέρωνα, ἐπεὶ ἄνωθεν ἐκ
 προγόνων ἱεροφάντης ταῖν θεοῖν ἀποδέδεικται. τὰ προκείμενά
 φησιν ὁ Δίδυμος καὶ παρτίθεται τὰ Φιλίστου καὶ τὰ Τιμαίου.

Didymi nomen utroque loco pro eo quod in codice est Πίν-
 δαρος Boeckh substituit. Mommsen Aristarchum ἐπικελεύω vo-
 luisse conicit, non probabiliter. Quam emendationem si laudes,
 Aristarchum εἶπον edidisse facile opineris. Quaeritur igitur hoc
 scholio, cur Pindarus praeter Syracusas Ortygiam diserte commemo-
 ret, quae non iusta urbs sed Syracusarum urbis sit vicus. Atque
 Aristarchus eam fuisse causam iudicat, quod antea Ortygia insula
 cum Syracusis aggere non coniuncta fuerit, sed tanquam integra
 urbs utraque vignerit.¹⁾ Sic enim interpretaudum est, licet ἐστὶ
 verbum praesenti tempore dictum adversari videatur. Nam scho-
 lion ex admodum concisa Didymi commentarii recensione exstat.
 Quae ex re etiam evenit, ut ne hoc quidem emineat, utrum secun-
 dum Aristarchum etiam Agesiae temporibus Ortygia et Syracusae
 duae urbes separatae fuerint an ex eius sententia Pindarus ad tem-
 pora conditae urbi proxima spectans sic locutus sit. Ex Didymi
 vero ratione Hieronis causa, qui Cereris et Liberae sacerdos fue-
 rit Ortygiae diserta mentio fit. Hic quoque Philisti et Timaei
 verba intercepta sunt et tota Didymi sententia non satis depicta
 est, ut ad coniecturam te relegatum videas.²⁾ Ac videtur Didymus
 explicuisse Ortygiae earum dearum templa fuisse in quibus sacra

1) Cfr. Thuc. VI, 3 cum schol., Strab. VI, p. 270 Casaub., schol. Pyth.
 II, 9. schol. Nem. I, 1. — 2) Hiero earum dearum sacerdos etiam schol.
 v. 160 schol. Pyth II, 27 nuncupatur, et Herod. VII, 153 quomodo in
 eius gentem sacerdotium collatum sit narrat.

gentilicia offerrentur, praesertim cum Cic. Verr. IV, 53 in ea aedes sacras complures fuisse dicat et schol. Nem. I, 3 *ἱερὰν δὲ τὴν πᾶσαν νῆσον* (scil. Ortygiam) *τῆς Φερσεφόνης φασίν* et Diod. XI, 26 *κατεσκέιασε* (scil. Gelo) *ναυὸς ἄξιολόγους Δῆμητρος καὶ Κόρης* verba sint. Iam si quid de Aristarchi et Didymi sententiis censendum sit percontaris, Aristarchum utri explicationi faveas plane falsum esse fateor. Nam multo ante Agesiae tempora, quemadmodum satis superque constat, Ortygia et Syracusae unam tantum urbem effecerunt et languesceret poeta, si ut se pristinorum temporum satis magnam notitiam habere ostenderet, Ortygiam praeter Syracusas nominaret. Imo ex Didymi explicatione exordium est, sed ex Boeckhii sententia haud improbanda insuper etiam ea de causa Ortygiae mentio fit, quod et Hieronis tyranni arx et Agesiae ipsius domus, quippe qui a primis colonis originem duxerit, ibi fuerunt.

22.

Ol. VII, 19 *Ἐποπτεύει χάρις]* *Ἀρίσταρχος χάριν ἀκούει τῆς εὐδαιμονίας· βέλτιον δὲ τὴν τῶν ποιημάτων.*

Hanc explicationem cum promit Aristarchus, obiter tantum in loci sententiam inquisivisse arguitur. Nam hic de Gratia ut victoriarum laudis auctore agi apparet.

23.

Ol. VII, 66 *Χαλκιάτω πελέκει]* *οἱ μὲν Παλαμάου λέγουσι ὄῃξαι τὴν τοῦ Διὸς κεφαλὴν, ὅτε Ἀθηναῖ ἐγεννᾶτο· οἱ δὲ Ἐρμῆν· οἱ δὲ Προμηθεᾶ· Ἀριστοκλῆς δὲ ὑφίσταται τὴν γέννησιν Ἀθηναῖς ἐν Κρήτῃ· νεφέλῃ γὰρ φησι κεκρούφθαι τὴν θεὸν, τὸν δὲ Δία πλῆξαντα τὸ νέφος προφηναὶ αὐτήν.* Ubi Aristoclis nomen Boeckhium secutus posui, in codice legitur *Ἀρίσταρχος*. Schol. § 2 quod eandem rem exponit sed ex alia recensione emanavit, pro Aristoclis nomine exhibet *Ἀριστοτέλης*, ubi Boeckh eodem modo *Ἀριστοκλῆς* edidit. Ac recte intellexit Aristarchi talem sententiam esse non potuisse. Nam ex eis, quae Lehrs¹⁾ de Minervae fabula apud Homerum disseruit, secundum Aristarchum Minervam ex Iove procreatam esse perspicitur. Accedit quod hoc scholio non de Pindari commentatoribus sermo fit, sed de poetis aut mythographis aut talibus.

1) In libro qui inscribitur de Aristarchi studiis Homericis p. 182.

24.

Ol. VII, 95 Ἔργα δὲ ζῳοῖσιν] αὐτοὶ γὰρ πρῶτοι οἱ Ῥόδιοι τὴν τῶν ἀνδριάντων ἐξεῦρον δημιουργίαν τὸ πρότερον οὐχ οὕτω τιμωμένων. Ἀρίσταρχος δὲ τὰ κατὰ Δαίδαλον αὐτόν φησι μεταφέρειν νῦν ἐπὶ τῶν κατὰ τὴν Ῥόδον τεχνιτῶν, ὅτι τοιαῦτα κατεσκεύαζον ἔργα. Πολέμων γάρ φησι παρὰ Χίοις μὲν τὸν Διόνυσον δεδέσθαι καὶ παρ' Ἐρυθραίοις δὲ τὸ ἔδος τῆς Ἀρτέμιδος καὶ ὅλως πολλὴν κατεσπάρθαι λόγον περὶ τῶν ἀγαλμάτων ὡς μὴ μενόντων ἀλλὰ πορευομένων ἄλλοσε πολλάκις.

Enotavit igitur Aristarchus poetam id quod vulgo de Daedalo tradatur, scilicet eum signa elaboravisse quae vivere et gradi viderentur, hic ad Rhodios artifices transtulisse.

25.

Ol. VII, 117 Ἐκέλευσεν δ' αὐτίκα] Ἀρίσταρχος· ἐκέλευσε δὲ ὁ Ἥλιος παραχρῆμα τὴν μὲν Μοῖραν Λάχεσιν ἐπιχειροτονεῖν τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ θεοὺς ὁμοῖαι μηδένα παραινεῖν (sic recte pro παρερεῖν schol. A et O) μηδὲ παραπεῖσαι τὸν Δία περὶ τῆς μελλούσης φαίνεσθαι χάρας ὑπ' αὐτοῦ. Lehrs¹⁾ Aristarchi nomen quod Boeckh se ex Vrat. A addidisse dicit secludit, quod hoc scholio paraphrasis schol. v. 110 praecisa continuetur. Sed errat vir doctus. Nam haec paraphrasis ab illa plane diversa est. Illa paraphrasi ipsa poetae verba saepe adhibentur, ut ἔμελλε . . . ὁ Ζεὺς — ἀλλ' οὐκ εἶασεν — ἔνδον τῆς θαλάσσης — παρανυομένην — ἐκ τοῦ πέδου, cum haec non tam singulis verbis se applicet quam universam loci sententiam explicare velit. Praeterea non video causam, cur schol. Vrat. et schol. Ambros. Aristarchi nomen diserte tradentibus fidem deneget. Aristarchus igitur παρφάμεν vocem ita intellexit, ac si persuadendi vis in ea inesset et post μέγαν vocem levioere interpunctione incisit. Quomodo verba ante μὴ παρφάμεν constituerit, ex eius paraphrasi non satis liquet. Hartung eum ad θεῶν δ' ὄρκον μέγαν supplevisse ἐκέλευσεν ratus est. Contra quae recte Mommsen disputat. Bergk in ed. 3 et M. Schmidt eum θεοῦς legisse existimant, quod si sumis ἀντεῖναι repetendum videtur. Mommsen complura tentavit θεοῦς δ' ὄρκον δόμεν sive θέμεν aut θεῶν δ' ὄρκον μέγαν ad quae subaudiendum esset γενέσθαι aut θεοῦς ὁμοῖαι. Sed mittamus haec cum de eis discernere non liceat.

1) In libro qui inscribitur 'Die Pindarscholien' p. 8.

Tantum constat et Aristarchum et reliquos scholiastas praeter unum Triclinium a vero procul afuisse. Bene enim Bergk in ed. 4 Parcā ipsam iurare, non deos iureiurando adigere et *παροφάμεν* significare 'scientem dolo malo iurare' monuit, ut hic sit loci sententia: 'Iussit Sol Lachesin manus tollere et deorum magnum iusiurandum vere dare se una cum Iove insulam nulli alii assignatam esse'.

26.

Ol. VIII, 4, § 2 Διὸς ἀργικεραύνου] ἦτοι παρὰ Διός. ἐνταῦθα ἡ παρὰ συναπτόν, ὥστε εἶναι· παρὰ Διὸς ἀργικεραύνου περιῶνται, μεγάλην ἀρετὴν θυμῷ βαλεῖν μαϊόμενοι. ὁ δὲ λόγος· εἰ φροντίζει τῶν ἀνθρώπων ὁ ἡμεῖς λέγομεν ἀποπειρῶνται. ὁ δὲ Ἀρίσταρχος οὕτως· ἀποπειρῶνται εἰ ἀντιποιεῖται περὶ ἀνθρώπων καὶ ἔχει λόγον τῶν ζητούντων ἀρετὴν κτήσασθαι. Iam necessarium est etiam § 1 adscribere: Παραπειρῶνται] ἢ παρὰ περισσῆ· ἔστι γὰρ περιῶνται. ἢ ἡ παρὰ ἀντὶ τοῦ ἀπό· ἔστι γὰρ ἀποπειράζουσιν. Quaeritur enim qua vi et potestate *παρά* praepositio in voce *παραπειρῶνται* usurpata sit. Ac tres exhibentur sententiae, una Aristarchi, qua id verbum significatione *ἀποπειρῶνται* sive *ἀποπειράζουσιν* adhibetur, repetita illa ter, et sine § 1 et bis in § 2 inde a verbis ὁ δὲ λόγος, altera *παρά* superflua ducitur et secundum tertiam *παρά* praepositio ad Διὸς trahenda est. Quarum explicationum Aristarchea maxime probanda videtur, si quidem ex Mommsenii sententia *παρά* praepositio deminuendi vim habet et modestiae est ut insequens εἴ τις.

27.

Ol. IX, 3, § 3 τριπλός] ἀκαταλλήλως τῷ μέλος ἐπήγαγε τὸ τριπλός, οὐδετέρῳ προσπλέξας τὸ ἀρσενικόν, ἀλλὰ φητέον πρὸς τὴν διάνοιαν αὐτὸν ἀπηντηκέναι. Ἀρχιλόχου μέλος ὁ ὕμνος, εἶτα ὕμνος ὁ τριπλοῦς· τριπλός δὲ ἦτοι [ὁ τρις ἐπαδόμενος, ἢ] τριστροφος ὃν κατὰ τὸν Ἀρίσταρχον.

Cognoscitur igitur ex hoc scholio Aristarchum *τριπλός* vocem pro *τρίστροφος* accepisse. Utrum iam ipse eam vocem *ἀκαταλλήλως* a *μέλος* voce suspensam esse docuerit an ea in eius sententiam ab alio disputata sint, diiudicare non licet, neque magui momenti est, cum de eius ipsius vocis interpretatione dubitatio non incidat. In eam autem rem, num recte eius vim explicuerit diligentius videtur inquirendum esse. Atque omnium scholiorum

de Aristarchi carmine disserentium¹⁾ auctoritate gravissimum est v. 1, § 6 quod haec praebet: τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος, ὃ τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια ἐπήδετο, ἦν τριῖστροφον, κοινῶς δυνάμενον ἀρμόζειν ἐπὶ παντὸς νικηφόρου διὰ τὸ καὶ τῆς πράξεως αὐτῆς ψιλὸν ἔχειν τὸν λόγον, μήτε δὲ ὕνομα μήτε ἰδίωμα ἀγωνίσματος. ἐφνυμῖω δὲ κατεχρῶντο τούτῳ· Τήνελλα καλλίνικε . . . τὸ δὲ τριπλόος, ὅτι τρεῖς ἐπεκελάδουν τὸ Καλλίνικε· οὐ καθόλου δὲ τρεῖς, ἀλλ' ὅτι τριπλὴν ἔχει τὴν στροφὴν καὶ πάλιν ἀναλαμβάνεται. Ἐρατοσθένης δὲ φησι μὴ ἐπινίκιον εἶναι τὸ Ἀρχιλόχου μέλος, ἀλλ' ὕμνον εἰς Ἡρακλέα, τριπλόον δὲ οὐ διὰ τὸ ἐκ τριῶν στροφῶν σιγκαῖσθαι, ἀλλὰ διὰ τὸ τρεῖς ἐφνυμιάζεσθαι τὸ Καλλίνικε. Quae ut recte intellegantur, schol. ex Vrat. A a Sybelio editum adscribo quod fortasse e Didymi commentario Eratosthenem secuti petitum est. Est ibi *κωμάζοντι φίλοις*] *πλειόνων οὐσῶν στροφῶν* (sic Bergk, cod. *ἀντιστροφῶν*) *καθ' ἐκάστην στροφὴν ἔφη ὅτι τρεῖς* (sic Sybel, cod. *τρεις*) *ἐπεκελάδουν Καλλίνικε λέγοντες· οὐ καθόλου δὲ τρεῖς* (cod. *rursus τρεις*), *ἀλλὰ καὶ τριπλὴν ἔχειν τὴν τροπὴν. καὶ πάλιν ἀναλαμβάνεσθαι τοῦτον τὸν τρόπον.* Archilochi carmen igitur τριῖστροφον fuisse assentientibus schol. v. 1, § 6 initio et schol. Vrat. Aristarchus tradit et Eratosthenes agnoscit. Et veterum partem integrum id ante oculos habuisse Bergk contra Leutschium²⁾ recte asserit probante schol. Arist. Av. 1764 *Τήνελλα· τὸ Τήνελλα μίμησις ἐστὶ φωνῆς κρούματος αὐλοῦ ποιᾶς ἀπὸ τοῦ ἐφνυμίου, οὗ εἶπεν Ἀρχιλόχος εἰς τὸν Ἡρακλέα μετὰ τὸν ἄθλον Αὔγέου.* Qua re etiam Sybelii sententia Aristarchum ex voce τριπλόος explicationem τριῖστροφος elicuisse censentis reicula fit. Cum vero Eratosthenes, cum et ipse tres strophas noverit, tamen Aristarcho oblocutus sit, vix aliter res expediri poterit nisi ut cum Bergkio secundum Eratosthenem ephymnium ter singulis strophis incantatum itaque novies per carmen repetitum fuisse statuamus. Quarum duarum explicationum — nam aliorum scholiastarum commenta omitto — Aristarchi equidem praefero. Etenim τριπλόος vocem sic dictam esse ac si unaquaque stropha ephymnium Τήνελλα καλλίνικε ter exclamaretur artificiosius excogitatum duco.

Unum praeterea commemorandum est. Haud sine probabili-

1) Conferendi sunt praeter Boeckhium et Dissenium Ohlert in dissertatione de heroologia Pindarica p. 19. L. de Sybel in Herme V, p. 192 sqq., idem in commentatione de scholiis veteribus in Pindari carmina Marburgi 1872 p. 31 sqq. Lehrs l. c. p. 2 sqq. Bergk ad Archilochi frgt. 119. — 2) In Philol. XI, p. 731.

tatis specie Sybel verba τὸ μὲν Ἀρχιλόχου μέλος, ο τοῖς νικῶσι τὰ Ὀλύμπια ἐπήδετο, ἦν τρίστροφον ad ipsum Aristarchum re-
legat. Sed Aristarchum ex initio huius carminis perperam colle-
gisse Archilochi calliucum epinicii Olympiae victoribus cantati
loco usurpatum esse, id quod p. 197 et p. 201 vult, inutilis est
opinio. Nam nihil certius est quam id ex Pindari verbis iure
colligi posse. Neque scio an Aristarcho eundem morem Nemeae
fuisse ad Nem. III, 1 enarranti fides habenda sit.

28.

OI. XI (X), 15, § 3 Ἀρίσταρχος κοινὸν λόγον τὸν ὕμνον,
οὐ πολλοὶ ἐπιθυμοῦσι. Aristarchus loci sententiam non assecutus
est, nec melius res cessit aliis commentatoribus veteribus. Sed horum
quoque temporum critici multi de eis verbis falluntur. Quemad-
modum enim recte primus Kayser¹⁾ perspexit, hoc loco, ubi de
debito, de usura, de solvendo verba fiunt, λόγος vox aliud quid-
quam nisi calculum vix significare potest. Neque tamen ad tales
argutias quales L. Schmidt protulit descendemus. Poeta etsi cal-
culum mutuum esse praedicat, tantum de munere a se offerendo
agit, de ea autem re quam invicem Agesidamus pollicitus est tacet.
Quamquam cur non eo alludere possit, ut Agesidamus pro carmine
pecuniam soluturus sit equidem non intellego.

29.

OI. XIV, 26 ο δὲ Ἀρίσταρχος ἰδίως φησὶ προτάξας τὰ
ὀνόματα τῶν Χαρίτων ἐνικῶς ἐφώνησε· σεῦ ἕκατι, ᾧ Χάρι.

Ex Aristarchi ratione igitur Pindarus a communi construendi
more aberravit et ubi pluralis numerus expectaretur, singularem
posuit. Alii scholiastarum veterum ad hunc versum et ad v. 20
alia finxerunt. Solum his verbis schol. v. 20, § 2 ἔνιοι δὲ φασὶ
πρὸς τὴν τρίτην Θάλειαν τοῦτο λέγεσθαι et fortasse v. 26, § 3
ἢ πρὸς μίαν τῶν Χαρίτων ἀπὸ τοῦ πλήθους μετέβη verum
continetur. Nam quemadmodum ex ἰδοῖσα participio v. 15 cerni-
tur, eis versibus solam Thalam poetam alloquitur.

30.

Pyth. II, 75, § 2 Ἀρίσταρχος δέ (δέ inserui ex ed. Rom.)·
ἀφ' ἑτέρας ἀρχῆς νῦν ἐπὶ τῆς νεφέλης ὑφίστησι τὸν λόγον
τῆς τῷ Ἰξίου συνεννασθείσης.

1) In libro cui inscripsit lectiones Pindaricae p. 27, secundum
L. Schmidium. Mihi enim libri inspiciendi copia non fuit, cum in bi-
bliotheca Ienensi non exstet.

Lehrs etiam hoc loco Aristarchi nomen a reliquis seiungendum esse contendit. Nam verbis ἀφ' ἐτέρας ἀρχῆς κτέ cum Aristarcho nullam intercedere necessitudinem, sed subiectum ad ὑφίστησι esse Pindarum. In ea re quam extremo loco memoravimus, Lehrs sine dubio verum vidit. Sed in magno errore versatur, si ab Aristarcho haec verba abiudicat. Nam bene quid sibi velit perspicitur. Aristarchus enim ut videtur poetam inde a verbis ἄνευ οἱ κτέ sine coniunctione ab Ixionis castigatione ad Nubem eiusque filium transitum fecisse notavit.

31.

Pyth. II, 101, § 2 fin. Ἀρίσταρχος δὲ οὕτως· οἶον εἴ τις λέγει, εὐποτιμωτάτος ἐστὶν ὁ πλουτῶν καὶ σοφίας ἅμα τυγχάνων. Similiter schol. § 1 verba circumscribit: τὸ δὲ ἐπιτυγχάνειν πλούτου μετὰ σοφίας, ἄριστόν ἐστιν. Hartung nisi πότμος ἄριστος legerint et sic construxerint: τὸ πλουτεῖν σὺν τύχῃ σοφίας — πότμος ἄριστός ἐστιν Aristarchum aut qui eum secutus sit scholiastam verba sic explicare potuisse negat. Pari modo Bergk Aristarchi sententiam cum verbis, ut codices praebent conciliare nequit sed Aristarchum scripsisse putat σοφίας τ' ἄριστον. Quae verba dicta esse vult pro σὺν τύχῃ πότμου καὶ σὺν τύχῃ σοφίας quemadmodum quidem ex eius obscuriore nota colligere posse mihi videor. Sed inficeta est ea interpretatio neque etiam Hartungii retinenda si quidem coniecturis ex mea sententia omnino non opus est. Nam Aristarchi sententia etiam ex vulgata exprimi potest si hoc modo verba construis τὸ πλουτεῖν δὲ σὺν τύχῃ πότμου — σοφίας ἄριστον. 'Optimum ait quod sapientiae obtingere potest est id, ut iuvante fortuna opes accedant.'

Difficillimi igitur loci sententiam Aristarchus bene intellexit et est quod in eius explicatione arrideat. Melius certe placet quam Mezgeri¹⁾ interpretatio qui non recte verba πότμου σοφίας consociat ut dicta pro 'Loos der Weisheit'. Etiam in ea re Mezger errat quod Aristarchum rationi suae favere contendit. Namque Aristarchum verba σὺν τύχῃ πότμου coniunxisse ex eius paraphrasi cerni censeo.

32.

Pyth. III, 75 Βάματι δ' ἐν πρώτῳ] ἐὰν μὲν γράφηται Ἐν πρώτῳ, ὡς νῦν γέγραπται, ἔσται ἐν ἐνὶ βήματι ὁ Ἀπόλλων

1) In libro qui inscriptus est 'Pindars Siegeslieder' p. 57.

ἀπὸ τῆς Πυθῶνος ἑλληνθῶς εἰς τὴν Θεσσαλίαν· ἐν δὲ ὡς ἔν τισι, βήματι δ' ἐν τριάτῳ, ἔστι παραφράζων τὸ Τρις μὲν ὀρέξαι' ἰών (H. N., 20). ἔστι δὲ σεμνότερον καὶ πρότερον τῷ θεῷ τὸ ἅμα τῷ πρώτῳ βήματι ἠύσασθαι τὸν παῖδα, ἔστι δὲ καὶ πρὸς τὴν ἀντίστροφον σύμφωνον. ὁ μὲντοι Ἀρίσταρχος γράφει τριάτῳ. Hartung et qui cum in ed. 3 et 4 secutus est Bergk Aristarcho non τριάτῳ ut scholion refert sed τρίτῳ vindicant atque Bergk in ed. 3 ita, ut Aristarchum fortasse aeolicam formam τέτῳ adhibuisse putet. Nam secundum Bergkium grammaticus clarissimus non tam numeri ignarus fuit, ut alieno loco dactylum inculcaret. In ed. 4 Bergk coniecturam ἐν τρίτῳ non ab Aristarcho prolatam esse vult, sed a critico aliquo ante eius tempora qui Pindarum cum Homero conciliare studuerit. Etenim respexisse grammaticum illum H. N., 20 Τρις μὲν ὀρέξαι' ἰών. Praeterea Bergk conferre iubet haec ex schol. ad H. Ξ, 230 ἐπεὶ τρίτῳ βήματι ἐκεῖ ἂν εὔρητο ἡ θεός. At ad horum virorum doctorum argumentationem accedere nullo pacto possum. Nam piaculum contra scholiorum auctoritatem committere mihi viderer, si Aristarchum τριάτῳ legisse bis diserte affirmantibus diffiderem. Iam quomodo forma inusitata pro vulgari his scholiis illata esse possit excogitari nequit, praesertim cum ex schol. ad H. Φ, 267 Aristarchum τριάτῳ formam pro τρίτῳ poni in commentariis suis ad Homerum adnotavisse eluceat. Legitur enim ad verba ἀντὰ τῷ τριάτῳ hoc: σημειοῦνται τινες, ὅτι ἀντὶ τοῦ τρίτῳ. Facere igitur non possumus, quin tamen Aristarchum cum τριάτῳ commendaret Pindari metra non satis calluisse statuamus. Retinendum autem est πρώτῳ, contra quam scripturam quae Hartung profert nugae sunt.

33.

Pyth. IV, 14 Ἀργυρόεντι μαστῶ] Ἀρίσταρχος μὲν τὸ Ομηρικὸν Οὐδᾶος ἀρούρης (H. I, 141. 283) παράγειν αὐτὸν φησι πιθανῶς, ὑπαλλαξάμενον τὸν μαστόν· Ἰεροκλῆς δὲ φησι κεῖσθαι τὴν πόλιν ἐπὶ λόφον μαστοειδοῦς λευκογείου. μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς ἐντροφίας, ὡς Ἀρίσταρχος· καὶ γὰρ ὁ ἀργυροῖς συνάδει τούτῳ μᾶλλον, ἀπὸ τοῦ γάλακτος.

Aristarchi explicatio male se habet, nam ἀργυρόεντι vox ei obstat quam scholiasta ex eius sententia perperam interpretatur. Unice vera huius loci explanatio est ea, quam Hierocles protulit. Cogitandum enim de colle cretaceo est, in quo urbs sita est. Cuius rei insuper etiam Della-Cella auctor est apud Boeckhium laudatus.


34.

Pyth. V, 1, § 2 οὕτω δὲ Ἀρίσταρχος· ἔστι μὲν χωρὶς τὸ πολύφιλον λέγειν, χωρὶς δὲ τὸ ἐπέταν. τοιοῦτός ἐστι τῷ ἔχοντι ὀπαδός, ὥστε πολλοὺς φίλους ποιεῖν. ἔστι δὲ καὶ συναμφοτέρα ἀκούειν· ὃ πολλοὶ φίλοι ἔπονται. Verba πολύφιλον ἐπέταν si commate disiungas, aliam paraphrasin atque quae continetur verbis τοιοῦτός ἐστι τῷ ἔχοντι ὀπαδός, ὥστε πολλοὺς φίλους ποιεῖν requirere facile aliquis arbitretur. Attamen, cum nulla esse possit dubitatio quin ea verba χωρὶς accepta Aristarcho sic circumscribi posse visa sint, Aristarchum minus accuratam paraphrasin proposuisse et sic πολύφιλον, ἐπέταν verba intellexisse sumo 'opes quae multos parant amicos et quae possidenti sectator sunt'. Quod ineptum est. Et re vera altera explicatio veteribus magis probata est. Nam et in eadem paragrapho ab alio scholiasta repetuntur: πολύφιλον δὲ φησιν αὐτὸν (scil. τὸν πλουτῶν) ἐπέταν, ἐπειδὴ τῷ πλουτοῦντι πολλοὶ ἔπονται et in § 3 πολύφιλον ἐπέταν, ὃ πολλοὶ φίλοι ἔπονται. Sed ne id quidem probari potest; neque quisquam veterum verum vidit. Nam ea tantum vis πολύφιλον voci hoc loco subesse videtur quam Boeckh voluit, 'dilectissimus' (viellieber).

35.

Pyth. V, 33 Παντὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑπεριθέμεν] ἐπὶ παντός πράγματος δεῖ τῷ θεῷ τὴν αἰτίαν ἀνάπτειν καὶ ὑπεριθέσθαι καὶ φιλεῖν· οὕτως Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ φίλει. καὶ σὲ τοῖνων πρὸ μὲν πάντων τῷ θεῷ ἀνατιθέσθαι προσήκει, φιλεῖν δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ἐταίρους Κάρῳτον.

Quo iure Lehrs etiam hoc loco Aristarchi nomen deleri iubeat equidem non perspicio. Neque iure Bergk φίλει antiquam scripturam fuisse ex schol. apparere contendit. Satis dilucide enim schol. verbis φιλεῖν· οὕτως Ἀρίσταρχος ἀντὶ τοῦ φίλει (cfr. Friedlaend. Ariston. p. 14) eum traditam lectionem explanare inuit. Quibus verbis ut par est ante ἐπὶ παντός retractis alteroque καί (ante σέ) proscripto reliquis iustam Ar. paraphrasin contineri vides. Quam si schol. solam ponere voluisset, more solito Ἀρίσταρχος οὕτω (hoc ordine) scripsisset, cum οὕτως Ἀρίσταρχος significet 'Aristarchus sic legit'.



50
100
150
200
250
300
350
400
450
500
550
600
650
700
750
800
850
900
950
1000

**University of Toronto
Library**

**DO NOT
REMOVE
THE
CARD
FROM
THIS
POCKET**

Acme Library Card Pocket
LOWE-MARTIN CO. LIMITED

UTL AT DOWNSVIEW



D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 10 25 07 02 017 9